ſi āt ſit aliquid ꝯtinens iſtas ꝑtes ⁊ ꝓhibens eas ſepara
ri ne euolēt ad ꝓprias regiones illud non pōt eſſe aliqua
nā elementaris vt manifeſtum eſt. igitur relinquitur ꝙ
illud ſit ipſa anima. ⁊ cum iſta vnio ſit coniunctio parti
um ſine ſeparatione ⁊ prohibitione neceſſario requiſita
ad augmentationem. ſi enim partes augmentabiles ſe
pararentur ab inuicem non eſſet augmentatio ſꝫ deſtru
ctio vt manifeſtum eſt. ſequitur igitur ꝙ anima eſt cau
ſa augmentationis. quare. ⁊c̄. Hoc etiam iterum ſpe
cialiter apparet de augmentatione. nam ipſa augmenta
tio vel eſt ab anima ⁊ a natura propria ipſius anime vel
ab ipſo igne ⁊ a virtute eius que eſt caliditas. hec diui
ſio eſt conceſſa ⁊ rationabiliter quia nihil aliud videtur
ducere ad maiorem quantitatem nec extendere niſi vel
ipſa aminia vel ignis rarefaciendo. ſed non eſt a virtute
ipſius ignis. quia omne viuens habet aliquam quantita
tem ⁊ magnitudineꝫ determinatam qua maiorem non
poteſt habere ſm naturam ⁊ ſub qua maiori nō poteſt
ſaluari ſua forma vt ponit pħs. vnde augmentatio non tex. cō. 41.
debet procedere in infinitum. ſed ad determinatum ter
minum. illud igitur non eſt per ſe ⁊ pricipalis cauſa aug
mentationis intrinſeca qđ non imponit terminum ma
gnitudini ⁊ augmento. nam principalis cauſa vniuſcuiuſ
que facti imponit terminum ipſi facto ⁊ etiam cauſat ter
minum: ⁊ non inſtrumentalis vt manifeſtum eſt in his
que ſunt ab arte. ſecuris enim non imponit terminum
quantitati domus immo eſt de ſe indifferens ad facien
dum domum cuiuſcunq̄ꝫ magnitudinis. ſed ars ⁊ con
ceptus domificatoris qui eſt principalior cauſa domus
imponit ei terminum. tantam enim domum facit, edifi
cator quātā concipit ⁊ appetit. ſimiliter autem ⁊ in alijs.
certum autem eſt ꝙ ignis ⁊ eius virtus. ſ. caliditas reli
cta nature ꝓprie non determinat ipſum viuens augmen
tabile ad ſuum terminum magnitudinis immo quātuꝫ
eſt de ſe extenderet vltra quantitatem naturalem cuiuſ
cūq̄ꝫ augmentabilis. ⁊ hoc vult dicere Ariſto. cum ait.
ignis autem augmentatur in infinitum ſi ſibi combuſti
bile apponat̄: qđ nō eſt intelligenduꝫ ſicut aliqui imagi
nantur ⁊ male ꝙ natura ignis non habet aliquem certū
terminum magnitudinis immo ꝙ poteſt eſſe ſub qua
cūq̄ꝫ quantitate: ⁊ quacūq̄ꝫ q̄titate data adhuc ignis po
teſt eſſe ſub maiori ſi combuſtibile inueniret vt dicūt. hꝰ
autem eſt mēdacium q: forma ſubſtantialis ignis cum
ſit quedam forma naturalis determinata eſt ad maxi
muꝫ. ita ꝙ eſt aliqua quātitas ita magna ꝙ ignis nō poſ
ſet ſaluari ſub maiori. Sed ſic eſt intelligendum augmē
tum ignis eſſe in infinitum. i. vltra quācūq̄ꝫ quātitatem
rerum viuentium ita. ſ. ꝙ ipſe ⁊ ſua virtus non impo
nit certum terminum magnitudini rei viuentis. ſed pōt
extendere ad maiorem quātitatem quacūq̄ꝫ magnitudi
ne viuentis augmentabilis. augmentum igitur non eſt
principaliter ab igne nec ab eius virtute. quare relinqui
tur ꝙ ſolum eſt ab anima primo ⁊ principaliter. Qua
liter autem virtus ipſius ignis videlicet caliditas deſer
uiat ad augmentationem alibi magis habet locū. ſ. in p̄
mo de generatione ⁊ de nutrimento ⁊ nutribili. ¶ Ad
preſens autem dico breuiter ꝙ hoc eſt ſm iſtum mo
dum. quia cum nutrimentum ex quo debet viuens nu
triri et augeri ſit in principio multum diſſil̄e nutrito ne
ceſſe eſt ipſum alterari a ſuis proprijs diſpoſitionibus ⁊
accipere diſpoſitiones ſimiles diſpoſitionibus nutriti. et
tandem in materia nutrimenti diſpoſita generetur for
ma nutriti. huiuſmodi autem aſſimilatio et appropria
tio non poteſt fieri niſi per decoctionem ſeu digeſtio
nem in qua ſeparatur purum nutrimenti ab impuro et
conueniens ab inconuenienti. ſed iſta digeſtio non fit ni
ſi a calido cuius eſt ſegregare eterogenea et hōgenea ſb
tiliare et commiſcere vt patet ex 4°. metheuroꝝ: ideo
ſine dubio nutritio et augmentatio non poteſt fieri ſine
caalido naturali. ſed non ſequitur propter hoc ꝙ ipſa ca
liditas naturalis ſit principalis cauſa. ſed magis anima
⁊ eius virtus. et propter hoc pulchre dicit Ariſtote. ꝙ
ignis nō eſt ſimpliciter cauſa augmēti. ſꝫ ꝯcā. quare ⁊c̄.
¶ Ad rationem cum dicitur illa que conueniunt inani
matis et cetera. verum eſt ſi eodeꝫ modo et vniuoce cō
ueniant eis. ſi autem diuerſimode tunc poſſunt eſſe ab
anima illo modo diuerſa. ſic autem eſt in propoſito. naꝫ
aliter generat ſibi ſimile animatū et inanimatū qđ mul
tiplr̄ apparet. p̄mo q: viuens generat ſibi ſil̄e per extra
miſſionem et ſeparationē alicuius ſubſtātie a ſuo corpo
re. ſ. per emiſſionem ſeminis hñtis v̄tutē formatiuā vt

dicitur in ſecūdo ꝺ gnātōe aīalīū.ſed inaīatū nō gnāt ſibi
ſimile per ſeparationē alicuius ſubſtātie de corpore ſuo.
ſed tranſmutando mām ſibi propinquā de potētia ad ac
tū.vt cū ignis appropinquat cōbuſtibili nō exijt aliq̄ ſub
ſtantia a corpore ignis que immediate faciat ipſum ignē.
ſed per ſuā qualitatē tranſmutat materiā de potentia ad
actū.cū autem aīal generat animal opꝫ ꝙ emittat ex ſuo
corpore aliquā ſubſtantiā.ſ.ſemen habēs virtutē forma
tiuā.proportionabilr aūt eſt in plātis licet in plātis nō ſit
tanta diſtinctio ſeminū in eadem ſpecie.vt habet videri
in de plantis.¶ Alia differentia eſt ꝙ ipſum viuens ī ge
nerando vtitur quodā ſeparato ꝑm eſſe ab ipſo.ſ.ſemi-
ne.⁊ in hoc quodammodo aſſimilatur intelligentie que
eſt in generādo iſta inferiora vtitur celo tanq̄ȝ ſuo inſtru
mēto cui tn̄ nō eſt cōiuncta ſecūdū eſſe ſubſiſtentie vt hȝ
videri in octauo phycoꝝ.inanimatū aūt in generando ſi
bi ſimile nō ſic vtitur inſtrumento corporeo ſeparato ab
ipſo.ſed per ſuā qualitatē actiuā tranſmutat materiā do-
nec recipiat formā.vt cū ignis generat ignem ex lignis
nō indiget aliquo inſtrumento corporeo ſeparato ab ipo
ſed per ſuam caliditatē diſponit mām donec educat for-
mā ſubſtantialem.¶ Tertia differentia eſt ꝙ anteq̄ȝ ip-
ſum viuēs generet ſibi ſimile ex aliqua materia nutrimē
ti inducit quādā aliā formam ſubſtantialē propinquiorē
aīe.ſ.formā ſeminis vt manifeſtū eſt bene exercitatis in
phīa naturali.nō enim viuens ſtatim poſſet ex pane vel
alio nutrimento generare ſibi ſimile.ſed oportet ꝙ priꝰ
digerat ⁊ ducatur ad formam ſeminis que dicit eſſe di
uerſa ſpecies forma nutrimenti.ſed inanimatum cū dȝ
generare ſibi ſimile ex materia ſibi ſubiecta non oportet
ꝙ prius faciat in ea aliquā aliā formā ſubſtantialem.ſed
diſponit materiam qua diſpoſita ſtatim inducitur forma
ſimilis forme generantis.vt cū ignis generat ignē ex cō
buſtibilibus vel ex aere non oportet ꝙ prius det ipi ma
terie vnam aliam formam ſubſtantialē.ſed diſponit ma
teriam.deinde genetat formam ſubſtantialem ſimilem
ſue forme.¶ Quarta differentia eſt manifeſta.q: in vi-
uente quod generat ſibi ſimile ſunt alique partes organi
ce deſeruientes generationi que ſunt diuerſe ab alijs par
tibus corporis aliqua diuerſitate.puta ſecūdū figurā ⁊
compoſitionem ⁊ ſitum ⁊ hoc etiam notū eſt.ſed in ipis
inanimatis non eſt aliqua talis diſtinctio ⁊ diuerſitas par
tium.vt manifeſtum eſt in igne qui euidentius generat
ſibi ſimile q̄ȝ alia inanimata.in corpore enim ipſiꝰ ignis
non eſt aliqua pars organica diuerſa ab alijs ſcd̄m talem
modum.ideo oēs eius partes ſunt ſimiles ⁊ vnius di-
ſpoſitionis.⁊ ſic manifeſta eſt differentia inter modum
generationis in viuentibus ⁊ in non viuentibꝰ.propter
quod non eſt mirum ſi generatio viuentis ſit ab ipſa aīa
⁊ non in alijs.Eſt etiam differentia inter nutritionem vi
uentis ⁊ non viuentis.q: in nutritiōe ⁊ augmentatiōe vi
uentis nutrimentū diffunditur ad omnes particulas nu
tritiꝰ ⁊ quelibet nutritur ⁊ augetur vt declaratur in prīo
de generatione.ſed in nutritione ignis qui maxime vide
tur nutriri inter omnia corpora inanimata non ſic contin-
git ꝙ aliquod corpus ingrediatur ad ſingulas ꝑtes ignis
preexiſtentis ⁊ quelibet nutriatur ⁊ augeatur ſed ſolum
ex materia propinqua fit alius ignis ⁊ continuatur vl' cō
tiguatur igni preexiſtenti ꝑm eius ſuperficiem ⁊ fit vnū
inanimatum maius q̄ȝ prius.Et ſimiliter ſi plumbum ia
cens in terra augetur vt narrant aliqui.hoc non eſt per
hunc modum q: aliquod nutrimentum diffunditur per
ſpongoſitates corporis eius vt in animali.ſed quia ex ali
qua materia ſibi appropinquata continuata vel contigua
ta ꝑm eius extremum generat plumbū ⁊ ſic fit maiꝰ q̄ȝ
prius erat.Similiter autem cum ex aqua generatur aer
⁊ fit maior quātitas hoc non fit per ingreſſum alicuius
tex.cō.84 corporis ab extrinſeco.ſed per eductionem de potentia
ad actū vt declaratur in.4.phyſicorū.⁊ ſic patet diuerſi
tas nutritionis ⁊ augmentationis contingentis in viuen-
tibus ⁊ non viuentibus.quare ⁊c.

¶ Textu cōmē.xli.

¶ Quoniam eadem potentia anima vegetati
ua ⁊ generatiua de alimento neceſſarium ē de
terminare. ¶ Qō .xiii.

Uoniam autē eadē potentia aīe
⁊c.¶ Queritur ibi pri
mo.Uerū potentia generatiua ⁊ augmētati-
ua ſint diuerſe potentie anime.Et arguitur ꝙ
non q: inanimatū per vnā ⁊ eandē potentiā
ſe nutritꝰ ⁊ auget ⁊ generat ſibi ſi'e.vt ignis per calidita-
tem facit oīa hec.ergo multo fortius animatum per ean
dem potentiam debet habere iſtas operationes.⁊ pa-
tet conſequentia.viuens nobiliori modo debet ſe habe-
re ad ſuas operationes q̄ȝ non viuens.⁊ manifeſtum ē
nobilius autem videtur operari per vnam potentiā q̄ȝ
per plures.quare ⁊c.¶ Item ille virtutes ſunt eedem
quarum eſt idem obiectum.hec eſt manifeſta per ſe.ſȝ
iſtarum eſt vnum ⁊ idē obiectū.ſ.nutrimentum vt pa-
tet in littera ergo ⁊c.¶ Item ille virtutes ſunt eedē qua tex.cō.42.
rum eſt eadem operatio ſeu actus.hec eſt manifeſta.ſȝ
potentie nutritiue ⁊ generatiue eſt eadem operatio.quia
potentia nutritiua membri cuiuſcunq̄ȝ animalis generat
ſibi ſimile ex materia nutrimēti.vt cum caro nutrit ſe ex tex.cō.28.
nutrimento oportet ꝙ generet formam carnis in mate- tex.cō.45
ria nutrimenti ꝑm Ari.in primo de generatione.Idem
tangit in iſto capitulo vbi vult ꝙ nutrimentum coctū ſeu
digeſtū eſt ſimile ei quod nutritur.⁊ ſimiliter virtus ge
neratiua generat ſibi ſimile.quare ⁊c.¶ Item arguitur
auctoritate Ari.in principio huius capituli qui dicit ꝙ ea tex.cō.42
dem eſt potentia anime generatiua ⁊ augmentatiua.q̄-
re ⁊c.¶ Oppoſitum arguitur auctoritate.Ariſto.qui di tex.cō.47
uiſim ⁊ ſeorſum agit de nutrimento ſecundum ꝙ con-
gruit potentie generatiue ⁊ augmentatiue ⁊ nutritiue vt
patet in littera.¶ Ad queſtionem eſt intelligendum ꝙ
viuentia que ſunt hic habent vitam ſuam in calido ⁊ hu
mido.vt habetur in de cauſis longitudinis ⁊ breuitatis
vite ⁊ in de morte ⁊ vita ⁊ ſupponimꝰ ad pn̄s.ipſum au
tem calidū naturale a principio vite vſq̄ȝ in finem agit in
humidum radicabile ipſum conſumendo aliqualiter cor
rūpendo vt etiam patet ibidem.⁊ hoc ſupponunt medi
ci.modus autem iſtius actionis ⁊ corruptionis difficilis
eſt multum ⁊ indiget perſcrutatione.ſed non hic.cū āt
calor naturalis ſic agit in humidum ipſum conſumen-
do vita ſtatim ⁊ cito deficeret niſi aliqualiter reſtaurare-
tur ⁊ reſtitueretur.⁊ ideo natura dedit ipſi viuenti vnā
ꝟtutē ꝑ quā reſtituit hūidū deꝑditū r̄ſtituit dico humꝺꝑ
ditū per cōuerſionē nutrimēti in ſbām nutriti ⁊ hec eſt
virtus nutritiua.¶ Ulterius concedēdum eſt ꝙ omne
viuens quod eſt hic in principio ſue vite inuenitur ſub-
quātitate diminuta ⁊ imperfecta que non ſufficit ad ope
rationes naturales perficiendas.⁊ iſtud prouenit vt di-
cit Albertus in ſuo libello de nutrimento ⁊ nutribili ex
paruitate loci in quo generatur ⁊ ex paucitate materie
ex qua generatur.⁊ ideo neceſſario fuit eius vna virtus
qua produceret ad quantitatem perfectam ⁊ hec eſt
augmentatiua.¶ Ulterius eſt aduertendum ꝙ omne
viuens hic inferius exiſtens eſt corruptibile.nihil autē
corruptibilium contingit vnum ⁊ idem numero perma
nere vt Ariſt.hic ſumit.ideo nullum iſtorum viuentiū tex.cō.35.
poteſt participare diuinum ⁊ prope tuum eſſe ſub idē-
titate numerali propter quod vt perpetuarentur ſecun
dum ſpeciem neceſſe fuit eis potētia generatiua.⁊ hoc
dicit Commen.vt prius allegabatur.Solicitudo enim
diuina ⁊c.¶ His premiſſis dicitur ad queſtionem cō-
muniter ꝙ virtus nutritiua augmentatiua ⁊ generati-
ua ſunt virtutes diuerſe.quia habent operationes per
ſe diuerſas ſcilicet conuertere nutrimentum in ſubſtan-
tiam viuentis quod eſt opꝰ nutritiue.⁊ deducere viuēs
ad quantitatem perfectam quod augmentatiue eſt opꝰ
⁊ generare ſibi ſimile quod ꝑtinet ad generatiuā.qua-
re ⁊c.¶ Eſt aūt diligenter notandum ꝙ ꝑm Albertū
multe ſunt differentie inter virtutem nutritiuā ⁊ aug-



BIBLIOTEKA GŁÓWNA Uniw. im. A. Mickiewicza w Poznaniu

mētatiua .quaꝝ vna eſt ꝙ nutritiua .ſ. virtus generat ſb
ſtantiam .ſ. formā ſubſtantialē ſimilē forme nutriti in ma
teria nutrimenti. virtus aūt augmētatiua generat quāti/
tatē perfectā ſm ꝙ conuenit illi viuenti. ¶ Itē alia ē dif/
ferentia q: virtus nutritiua q̄tū eſt de ſe indifferenter nu
trit ſm ōēm dimenſionē corporis .ſ. ſm longū. latū. ⁊ ꝓ
fundum. augmentatiua vero ſpecialiter augmentat ſ; lō
gitudinē. In hoc enim ſpecialiter intelligit̄ ⁊ attendit̄ ali
qd augeri ꝙ longitudo ipſius ſit maior. ¶ Tertia diffe/
rentia eſt. q: virtus augmentatiua vtit̄ fortiori calido q̄
nutritiua. nam ad augmentationem requiritur ꝙ mem/
bra dura ⁊ ſolida extendantur precipue ſm longum vt
oſſa ⁊ cartilagines ⁊ nerui ⁊ ꝙ nutrimentū decurrat ad
iſta membra. ad nutritionem autem ſufficit ꝙ nutrimen
tum aſſimiletur nutrito ⁊ tandem fiat ſub forma nutriti
coniunctim. conſtat autem ꝙ fortior calor eſt qui habet
extendere membra dura ⁊ facere nutrimentum decur/
rere per ea q̄ qui ſolū habet aſſimilare nutrimentum ⁊
conuertere in ſubſtantiam nutriti. ¶ Quarta differentia
eſt q: cum finis augmentatiue virtutis ſit quātitas perfe
cta ſufficiens ad naturales operationes viuentis habita
tali quantitate ceſſat augmentatiua ab operatione ſua. ⁊
hoc contingit ante finem vite. ſed virtutis nutritiue finis
eſt conſeruatio indiuidui per reſtaurationem deperditi
⁊ hoc neceſſarium eſt fieri per totā vitam. ⁊ ideo nutriti
ua operatur per totaȝ vitam vt vult Ari. hic propter qđ
quidam medici dn̄t ꝙ ceſſatio virtutis nutritiue ab ope/
ratione ſua mors eſt vel ſaltem ipſaȝ cōcomitatur mors.
¶ Ad primū argumentum concedo antedens. ⁊ nego
cōſequentiaȝ. ⁊ ad probationem dico ꝙ nobilius eſt fa/
cere per vnam virtutem q̄ per plures ſi eque bene pōt
fieri per vnam virtutem ſicut per plures. ſed ſi non. non
oportet. ⁊ ſic in propoſito. nam ille operationes diuerſe.
ſ. cōuerſio nutrimenti in ſubſtantiam nutriti ⁊ productio
ad maiorem quantitatem ⁊ perfectam ⁊ generare ſibi ſi
mile non ita bene fieri poſſunt per vnam virtutem ſicut
per plures. quare ⁊c. ¶ Ad aliā dicendum ꝙ obiectum
iſtarū virtutum bene eſt vnū ⁊ idem materialiter ⁊ ſm
ſubam. ſed formaliter eſt diuerſum. nam ſm ꝙ eſt ī po
tentia ad ſubſtantiam nutriti ſic eſt obiectum virtutis nu
tritiue. ⁊ ſm ꝙ eſt in potentia ad quātitatē perfectiorem
ſic eſt obiectū virtutis augmentatiue. ſm autem ꝙ ē in
potentia ad virtutem formatiuam quā recipit nutrimen
tum in vaſis genitalibus ſic eſt obiectum virtutis genera
tiue que eſt in viuente. ⁊ ſm ꝙ eſt in potentia ad formā
ſubſtantialem ſimileȝ forme illius a quo deciditur ſemē
ſic eſt obiectū virtutis generatiue que eſt in ſemine quā
medici vocant formatiuam virtutem. debemus enim ī
telligere circa iſtud ꝙ cū virtus digeſtiua exiſtens ī cor/
de eſt ſatis fortis ⁊ habet copiam nutrimenti cōtingit ꝙ
aſſimilet de nutrimēto pluſq̄ requirit ad reſtaurationeȝ
deperditi ⁊ augmentationē ⁊ illud reſiduū vocat̄ ſuper
fluū tertie digeſtionis. iſtud aūt ſic digeſtum mittitur ad
vaſa ſeminaria .ſ. ad teſticulos aut partes proportionabi
les in quibus eſt ipſa virtus generatiua ⁊ ibi iſtud nutri/
mentū accipit virtutem quādā actiuā que dicitur virtus
formatiua que virtualiter eſt oīa mēbra facere. poſt hoc
aūt īmittit̄ in locū debitū ad nutritionem vel ad locū ꝓ
portionabilem ⁊ appropinquat̄ ei ſemen paſſiuuȝ ⁊ tūc
generat viuens ſimile illi quo fuit ſemen deciſū. De iſta
aūt virtute formatiua ⁊ eius operationibus multa pul/
chra cōſiderantur in de generatione animaliuȝ. ⁊ de his
aliqua congregaui in queſtionibus de formatione corpis
humani in vtero. ¶ Ad aliam dicitur ꝙ diuerſimode v̄
tus nutritiua generat ſibi ſimile ⁊ generatiua proprie di
cta. nam virtus nutritiua generat ſimile in materia cōiū/
cta ⁊ continua materie preexiſtenti ⁊ nō ſeorſuȝ nec diui
ſim ab eo quod nutritur. virtus aūt generatiua facit ſimi
le ſeorſum ⁊ diuiſim exiſtens ab ipſo generante. iō ⁊c.
¶ Sed dubitabis q: forma carnis que generatur ī mā
nutrimenti a virtute nutritiua eſt eiuſdem ſpeciei cū iſta
forma carnis que generatur in materia ſeminis a virtu/
te formatiua. ſimiliter aūt ⁊ in alijs. quare videt̄ ꝙ gnā
re ſibi ſil'e ē opatio eiuſdē ſpēi q̄ procedit a v̄tute nutritia
⁊ q̄ ꝓcedit a v̄tute gnātiua. ⁊ per ɔn̄s iſte virtutes ſunt
vna virtus. nec ſufficere videtur ad eaꝝ diuerſitatē eſſen
tialem ⁊ per ſe ꝙ vna generat in materia cōiuncta ⁊ alia
in materia ſeparata ⁊ ſeorſum q: hoc eſt accidens ipſi ge
nerationi per quod nō diuerſificatur ſm ſpeciem per ſe
⁊ eſſentialiter. ¶ Cōſiderandū eſt circa hoc ꝙ de virtu/
te generatiua prout cōmuniter diſtinguit̄ ab alijs virtu/
tibus anime poſſumus loqui dupliciter. vno modo ſe/
cūdū ꝙ ipſa eſt in viuente ſpecialiter in pte determinata
.ſ. in vaſis genitalibus que ſunt teſticuli ⁊ proportiona/
bilia. ⁊ iſta virtus generatiua nō generat immediate ali
quid ſimile ipſi viuenti cuius eſt talis virtus. ſed generat
quādā ſubſtantiā que dicitur ſemen dādo ei virtutē quā
dā formatiuā qua ipſū ſemen virtualiter eſt oīa mēbra
facere. ⁊ iſta virtus ſic exiſtens ſubiectiue in ipſo viuen/
te dans ſemini virtutem formatiuam eſt aliā ſm ſpēm a
nutritiua ⁊ habet aliā operationē vt manifeſtum eſt. q̄a
virtus nutritiua dat formā ſubſtātialē nutriti materie nu
trimenti. ſed iſta virtus generatiua exiſtēs ſpecialr̄ in va
ſis genitalibus dat ipſi nutrimento vltima digeſtione p̄/
parato formatiuā virtutem. ⁊ ſic multum ſunt diuerſe.
Alio modo poſſumus loqui de virtute generatiua prout
in ipſo ſemine ⁊ eſt illa virtus formatiua que recipit ſe/
men a vaſis vel inſtrumentis genitalibus ⁊ illa virt⁹ nō
eſt virtus aīe ſubiectiue. ipſum enim non eſt formaliter
animatū ſcđm Ari. ⁊ cōmen. ſed ſi eſt virtus anime hoc
eſt effectiue q: facta eſt ab anima illius viuentis cuius ē
ipſum ſemen. ⁊ efficit animaȝ ſimilē illi anime. ⁊ iſto mō
loquitur Ari. in iſto capitulo. dicit enim ſic. Et generatio tex. cō. 74
nis autem factiuū ſupple eſt ipſum nutrimentum infor/
matuȝ virtute formatiua non eius quo alitur. ſed quale
id quo alitur. De hac ergo virtute remanet dubitatio cū
ipſa generet ſimile ſm ſpeciem illi a quo decidit̄ ſemen.
vt virtus formatiua exiſtēs in ſemine equi generat equū
⁊ ſimiliter virtus nutritiua exiſtens in viuente gnāt for/
maȝ nutriti in materia. videtur ꝙ habent eandē opera/
tionē ſm ſpēm. ⁊ per cōſequens eſſent vna virtus ⁊ nō
diuerſe. hoc aūt fortaſſis non eſſet magnū inconueniens
immo ⁊ hoc videt̄ Ari. intelligere in pn̄° iſtius capituli
vbi expreſſe dicit. Quoniā aūt eadē potentia generatiua
nutritiua ⁊c. cum ergo communiter aſſeritur virtutē ge
neratiuā differre a nutritiua forte eſt intelligendum đ il/
la virtute generatiua que eſt in viuente per quā viuens
dat nutrimento virtutem formatiuam modo prius tac/
to. ¶ Et ſiquis vellet dicere ꝙ virtus nutritiua differt a
virtute generatiua quecūq; ſit tunc accipienda eſt virtus
nutritiua pro virtute digeſtiua que inducit ī materia nu
trimenti diſpoſitiones accidentales requiſitas ad hoc
ꝙ fiat ſub forma nutriti. non auteȝ pro illa virtute que
generat vel inducit formam nutriti in illa materia. Et
adhuc eadem virtus nutritiua teneri poteſt eſſe diuer/
ſa generatiua virtute que eſt in ſemine licet vtraq; ha/
beat generare ſubſtātiam eiuſdem ſpeciei vt dicebatur
quia tamen vna iſtarum eſt in anima ⁊ in viuente .ſ. nu
tritiua. ⁊ alia non eſt in anima ſubiectiue nec in viuente
ſed in ſemine quod eſt inanimatum ideo poſſunt eſſe di
ſtincte. nec videtur eſſe neceſſe ꝙ omnes virtutes que
faciunt idem ſm ſpeciem ſint eedem penitus ſm ſpēm
vt lumen facit calorem ⁊ ſimiliter calor. ⁊ tamen lumē
⁊ calor ſunt diuerſe virtutes ſm ſpeciem ſimilit̄ aūt ⁊ in
alijs. ¶ Sed q̄reres propter qd diſtinguerent̄ iſte vir
tutes cum non diſtinguantur proprie per ſe per opera/
tiones eo ꝙ vtriuſq; operatio eſt generare ſubſtantiam
alicuius eiuſdem ſpeciei. forte diceretur ꝙ licet opera/
tio ſit eadem in ſubſtantia ⁊ quantum ad id quod eſt ta/
men eſt diuerſa ſecundum formalem modum vt dice/
batur. nam virtus nutritiua generat ſubſtantiam coniū
ctam ⁊ vnitam ſubſtātie preexiſtenti in qua eſt ipſa vir/
tus nutritiua. ipſa autem virtus formatiua generat ſub/
ſtantiaȝ ſeorſum ⁊ diuiſim ſubſiſtenteȝ non coniunctam

ſubſtantie preexiſtenti eiuſdem ſpeciei. verbi gratia pro
iunioribus. virtus nutritiua carnis cum nutrit ipſam car-
nem generat in materia nutrimenti formam carnis non
quidem ſeorſum ⁊ diuiſim ſed coniunctam ⁊ vnitaꝫ car
ni preexiſtenti. Uirtus autem formatiua exiſtens in ſe-
mine equi cum appropinquatum eſt ſemen femelle ge-
nerat equum ſeorſum ⁊ diuiſim ſubſiſtentem. non autē
coniunctum ⁊ vnitum ipſi equo vel alteri ſubſtantie pre
exiſtenti. ⁊ ſic diuerſificatur operatio formaliter ſꝫm ꝙ ē
nutritiue virtutis ⁊ generatiue ⁊ hoc ſufficere videt̄ ad
diſtictionem iſtarum virtutum. ¶ Sed adhuc intellec-
tus hominis non quieſcit. quia virtutus viſiua eadem ſꝫ
ſpēm habet videre colorem ſeorſum ⁊ diuiſim exiſtentē
⁊ colorem coniunctum alteri. nec diuerſificatur in ſpecie
penes iſtos modos diuiſionis. ſimiliter virtus generati-
ua carnis ⁊ coniuncte ⁊ diuiſe non videtur diuerſificari
ſecūdū ſpeciem. forte non eſſet ſimile quia omnis virtus
viſiua que videt colorem ſeorſum ⁊ diuiſim videre po
teſt colorem coniunctum alteri ⁊ vnitum ⁊ conuerſo. ſꝫ
non omnis virtus generans carnem ſeorſum ⁊ diuiſim
generaret eā coniunctam carni preexiſtenti. nec econuer
ſo. virtus enim ſeminis non nutriret carnem. nec virtus
nutritiua carnis generaret animal ſeorſum ⁊ diuiſim. ⁊
ſic eſt hic maior differentia q̃ in viſu. quare dici poteſt vt
prius ꝙ ſunt diuerſe. ꝙ ſi hec tibi non ſufficiunt queras
melius ⁊ profundius. quia mihi non plus ad preſens ap
paret. ¶ Et ſi teneretur alia via ꝙ virtus nutritiua ⁊ vir
tus formatiua exiſtens in ſemine eſt vna ſꝫm ſpeciem q̃
tum ad ſuā eſſentiam. ⁊ adduceretur ad hoc littera Ar.
non videtur mihi eſſe mortale peccatum. ¶ Ad auctori
tatem Ariſto. cum ipſe dicit ꝙ eadem ⁊c. Tenentes ꝙ
nutritiua ⁊ generatiua nullo modo ſunt eadem virtus
eſſentialiter nituntur exponere illud verbum ꝙ eadem
eſt potentia quantum ad obiectum materialiter ſumptū
licet formaliter diuerſificetur. ¶ Sed obijcitur contra
hoc quia ſimiliter poteſt dici ꝙ viſus ⁊ olfatus ſunt ea-
dem potentia quantum ad obiectum materialiter ſum-
ptum. naꝫ ideꝫ corpus eſt coloratum ⁊ odoriferum. ſi-
militer aūt ⁊ in alijs. Dicendum ꝙ non eſt ſimile. quia
operatio virtutis nutritiue circa nutrimentum ordinatur
ad operationem virtutis generatiue. ⁊ ideo propinquio
res ſunt ſibi inuicem q̃ viſus ⁊ odoratus aut huiuſmōi
⁊ ideo dr̄ eadem potentia q̃tum ad obiectum ſcilicet
tex. cō. 42 nutrimentum vt exponit Commen. quare ⁊c. ¶ Si
quis autem diceret ꝙ potentia vegetatiua eſt eadem po
tentia eſſentialiter cum generatiua que eſt in ſemine tunc
iſta littera eſſet pro eo. de hoc autem non plus ad pre-
ſens. quare et c̄.

¶ Tex. cōmē. li.

¶ Determinatis autem his dicamus cōmu
niter de omni ſenſu. Senſus autem in ipſo mo
ueri ⁊ pati aliquid accidit ⁊c.

¶ Qō. xiiii.

**Hic primo** queritur. Utrꝫ ſenſus ſit
virtus paſſiua. Arguit̄
primo ꝙ non qꝛ virtus illa que tranſmutat ali
quod exteriꝰ eſt actiua ⁊ nō paſſiua. hec ē ma
nifeſta ſed ſenſus tranſmutat aliquod exterius vt pꝫ cuꝫ
mulier menſtruoſa inſpicit ſpeculum. fit enim quedam ī
fectio in ſpeculo ad modū nubecule obſcure. quare ⁊c.
¶ Item illa virtus eſt actiua cuius operatio ē actio. hec
eſt manifeſta. ſed operatio ſenſus eſt actio. ꝓbat̄ nā opa
tex. cō. 16. tio ſēſus eſt ſentire. ſētir̄. n. eſt q̄dam actio immanens vt
patet in. 9. meta. ⁊ in libro ſex principiorum. ergo ⁊c.
¶ Item virtus forme debet eſſe actiua. hoc videtur ma
tex. cō. 52. nifeſtum. nam ſicut materie eſt pati ſic forme eſt agere.
vt patet ſecūdo de generatione. vnde ſicut virtus mate-
rie eſt paſſiua. ſed virtus forme debet eſſe actiua. ſed
ſenſus eſt virtus forme. eſt enim virtus anime que eſt
forma animati. quare ⁊c. ¶ Item ſi ſenſus eſſet virtus
paſſiua tunc virtꝰ nutritiua eſſet nobilior q̃ ſenſus. quod
eſt abſurdum quia virtus ſenſitiua eſt virtus. nobilioris
autem forme debet eſſe nobilior virtus. ⁊ probatur cō-
ſequentia. quia virtus actiua debet eſſe nobilior paſſiua.
vt vult Ariſto. in tertio huius. ſed virtus nutritiua eſt a tex. cō. 19.
ctiua vt conceditur. quare ⁊c. ¶ Item ſi ſenſus eſt paſ-
ſiuus a ſenſibili. ⁊ ſenſibile eſſet actiuum in ſenſum tunc
ſenſus eſſet minus nobilis quam ſenſibile. quod eſt incō
ueniens. viſus enim non eſt minus nobilis immo nobi-
lior q̃ ſit color. ⁊ ſic de ceteris. ⁊ patet conſequentia. qꝛ
paſſum eſt minus nobile agenti. vt patet ex tertio de ani-
ma. ergo ⁊c. ¶ Oppoſituꝫ arguitur auctoritate Ariſto. vt ſupra
vult enim ꝙ ſenſus eſt in potentia ad ſenſibilia ⁊ patitur tex. cō. 51.
ab ipſis. Idem dicit hic Commē. in multis locis. ¶ Ad
queſtionem premittenda ſunt aliqua. primo ꝙ differen
tia eſt inter virtutem actiuam ⁊ paſſiuam vt docet Com
men. in tertio huius. ⁊ accipitur ab Ariſto. in quinto me
taph. nam virtus actiua mouet ſuum obiectum vt cali- Cōm. 17.
ditas mouet ſuum calefactibile. Uirtus autem paſſiua
mouetur ab obiecto ſuo. ſ. reſpectu cuius eſt paſſiua. vt
potentia calefactibilis mouet̄ a calefaciente. ſimiliter aūt
in alijs. ¶ Item conſiderandum eſt ꝙ duplex eſt paſſio
vt dicit Ari. in capitulo ſequenti. Dicendum autem de tex. cō. 57.
potentia ⁊ actu. Quedā eſt paſſio proprie dicta. ⁊ eſt re-
ceptio perfectionis cum abiectione contrarij. ⁊ dicit̄ paſ
ſio corruptiua vt cum ignis appropinquatur aque ipſa a
qua patitur ab igne quia ab ipſo recipit aliquam perfe-
ctionem ſcilicet caliditatem cum abiectione contrarij ſci-
licet frigiditatis. ⁊ de iſta paſſione dicitur octauo thopi-
corum. ꝙ omnis paſſio magis facta abijcit a ſubſtantia.
tantum enim poteſt calefieri aqua ⁊ remoueri ſua frigi-
ditas ꝙ corrumpitur. Alia autem eſt paſſio que dicit̄ im
proprie dicta. ſ. receptio perfectionis abſq̄ corruptione
contrarij. ⁊ hec dicitur paſſio perfectiua ⁊ que dicitur ſa
lus ⁊ perfectio vt cum diaphanum illuminatur ab ali-
quo corpore luminoſo. ibi enim eſt ſola receptio perfe-
ctionis ab illuminante corpore abſq̄ abiectione contra-
rie diſpoſitionis. quia lumini nihil eſt proprie contrariū.
¶ Item eſt aduertendum diligenter ꝙ Ariſto. in quo-
dam capitulo precedente ſcilicet in illo capitulo. Quare
primo de alimento. oſtendit animam eſſe cauſam cor-
poris viuentis tribus modis ſcilicet ſic̄ forma ſicut finis.
⁊ ſicut agens ſeu efficiens quod conſueuit Ariſto. voca-
re verum principium motus. conſtat autē ꝙ anima non
eſt cauſa efficiens viuentis corporis quātum ad eius ſub
ſtantiam. qꝛ ipſa ſubſtantia corporis viuentis preexiſte-
bat anteq̃ ſibi eueniret anima. Unde relinquitur ꝙ ſit
cauſa efficiens viuentis quantum ad eiꝰ motꝰ proprios.
⁊ hoc etiam patet manifeſte in littera inducendo omnes
motus proprios animatorum ſcilicet augmentuꝫ et mo
tum localem ⁊ alterationem quandam. Et commē. ma
nifeſte dicit ꝙ Ariſto. declarauit animam eſſe cauſā mo
uentem ſecūdum omnes modos motus ſiue veros ſi-
ue eſtimatos. et dicit eſtimatos propter ipſas ſenſatiōes
que opinabantur ab aliquo eſſe motus cuꝫ non ſint mo-
tus corporales. ⁊ tamen anima eſt mouens ſecūdū iſtos
motus. ita ꝙ agit ⁊ efficit ipſum ſentire. ſicut etiam agit
augmentationem ⁊ motum localem. Unde etiam Ar.
dicit ſic. Eſt autem alteratio ⁊ augmentum ſecundum
animam. ⁊ declarat de alteratione. ſenſus enim quedaꝫ
alteratio eſſe videt̄. vult ergo Ariſto. aperte ⁊ vno ſer
mone ꝙ augmentum ⁊ ſentire eſt ſecundum animam.
Conſtat autem ꝙ augmentum eſt ſecundum animam
tanquam ſecundum agens. ergo ⁊ ſentire ſecundum
Ariſto. eſt ſecundum animam vt ſecundum agens. nō
enim eſt veriſimile ꝙ in eodem ſermone vtat̄ hac pre
poſicione ſcꝫm omnino equiuoce. Nec eſt dicēdū ꝙ ipſa
anima ſit cauſa agens ipſum ſentire per ſpeciem rei ſēſi-
bilis ſolum. qꝛ cū ſpēs rei ſēſibilis ſit accidēs aduēticium
⁊ ſeparabile vt manifeſtum ē ſequeret̄ ꝙ aīa non eſſꝫ

actiua ipſius ſentire niſi pure ⁊ omnino per accñs. qḋ ē
abſurdū ⁊ omnino cōtra Ariſto. p̄cipue ſi ſermones in
demōſtratiuis ſunt intelligendi de per ſe. Eſt ergo intē/
tio Ariſto. plane ꝙ anima eſt per ſe cauſa actiua ipſi⁹ ſen
tire quod eſt quedā alteratio ſpiritualis aliquo mō. ⁊ nō
poteſt eſſe cā actiua ipſius operationis per ſe niſi mediā
te aliqua ſua virtute naturali vt omnes fere cōcedūt. ex
quo patet euident̄ intentionē. Aꝛ. fuiſſe ꝙ anima ſenſiti/
ua habet virtutē actiuā ipſi⁹ ſentire vniuerſaliter inexiſtē
tē. Vñ cū ſermones Ari. ſunt remotiores a contradictio/
ne. ſermonibus oīum alioꝝ phȳcoꝝ vt recitat Cōmen.
ab Alexandro ſuper ſecūdo celi ⁊ mundi. Omnia que/
cūqꝫ ipſe in iſto capitulo ⁊ in alijs conſequentibus dicit
de ſenſibus debent tali modo intelligi ⁊ conditionari vt
non contradicant illi veritati predicte. ¶ His premiſſis
dico ad queſtionem ꝙ omnis ſenſus in quo tanq̄ꝫ in ſbo
eſt ipſum ſentire ſeu ſenſatio eſt virtus paſſiua aliq̊ mo/
do paſſionis. ⁊ de iſto ſenſu intellexit Ari. doctrinam q̄
ſequitur. qḋ ſic probari poteſt. illa virtus eſt paſſiua que
immutatur ab obiecto ſuo. hoc ab oīb⁹ conceditur. ſed
ſenſus in quo tanq̄ꝫ in ſubiecto eſt ſenſatio ſeu ſentire mo
uetur ab obiecto. ſ. ſenſibili imprimente ſenſui ſpēm ſuā
vt ſatis eſt manifeſtū ⁊ conceſſum ab omnibus. vnde ⁊
Ariſt. dixit in iſto ſecūdo ꝙ omnis ſenſus eſt ſuſceptiu⁹
tex. cō. 138 ſpēꝝ ſine materia. quare ⁊c. ¶ Item illa virtus eſt paſſi
ua que quandoqꝫ eſt in actu ⁊ quādoqꝫ non. et eius act⁹
eſt immanens in ipā. ⁊ non exit in actum niſi preſente ali
quo extrinſeco. qḋ enim virtus aliqua indiget aliquo ex
trinſeco hoc non eſt niſi propter aliquod iſtorum duoꝝ.
vel qꝛ actus eius tranſit in aliud extrinſecū. vt actus cale/
factionis tranſit in calefactibile. vel quia illa virtus indigꝫ
moueri ab aliquo extrinſeco ⁊ aliquid recipere ab eo. ſi
ergo eſt aliqua virtus cuius operatio maneat in illa ita ꝙ
non tranſeat in aliquid extrinſecū ⁊ tamen non ſit in actu
niſi preſente aliquo extrinſeco manifeſtū eſt ꝙ hoc erit
pro tanto qꝛ indiget moueri aliqualiter ab illo extrinſeco
⁊ aliquid recipere ab eo. ⁊ ſic patet maior ꝙ omnis vir/
tus cuius operatio eſt immanens ⁊ non exit in actū ſuūꝫ
niſi preſente aliquo extrinſeco eſt paſſiua quoquomodo
⁊ ſi iſta propoſitio negaretur non remaneret via proban
di aliquā virtutem eſſe paſſiuam. ⁊ minor eſt manifeſta
conſtat enim ꝙ ſentire eſt operatio immanēs in ipſo ſen
ſu qui eſt ſubiectū ipſius. ⁊ non exit ſenſus particularis
in actū ſuū qui eſt ſentire niſi preſente aliquo extrinſeco ſē
ſibili. vt viſus non videt niſi preſēte viſibili vtputa colo
re aut lumine. ſimiliter aūt ⁊ in alijs. ¶ Itē ⁊ redit i idē
omnis illa virtus cuius operatio immanens in ipſa acci/
dit in quodam pati ⁊ moueri eſt virtus paſſiua aliq̊ mō
ſenſus aūt qui eſt ſubiectum ſenſationis talis eſt vt eius
operatio immanens. ſ. ſentire accidit ei in quodaꝫ pati ⁊
moueri vt. Ari. docet in principio huius capituli. ⁊ mul
tum notandus eſt modus loquendi Ari. dicit enim ꝙ ſē
tire accidit in quodam pati ⁊ moueri quod ſine dubio ve
rum eſt: non enim ſentire eſt formaliter ⁊ eſſentialiter ip
ſum pati ⁊ moueri a ſenſibili. cum enim ſenſus patiatur
ſpiritualiter ⁊ mouetur a ſenſibili recipiēdo eius ſpecieꝫ
tunc in huiuſmodi paſſione vel ſpē recepta tanq̄ꝫ in pro/
pinqua diſpoſitione fit ipſum ſentire. Quod aūt ſit agēs
per ſe propinquum ⁊ immediatū ipſius ſenſationis vir
debitur in alia queſtione. quare ⁊c. ¶ Ad rōnes. ¶ Ad
primam cū dicitur illa virtus eſt actiua ⁊c. ꝯcedo ſi per
ſe tranſmutat aliquod extrinſecū. ⁊ cūꝫ dicitur ꝙ ſenſus
viſus tranſmutat ⁊c. dico ꝙ non eſt verū per ſe. et cum
ꝓbatur ꝙ mulier menſtruoſa inſpiciens ſpeculūꝫ inficit
ipſū. dico ꝙ hoc ñ agit virtus paſſiua viſiua ꝑ ſe: ſꝫ hūc
cōtingit per iſtū modum. qꝛ in ipſa muliere menſtruo/
ſa reſoluuntur quidam ſpiritus ſubtiles ab humiditate
menſtruoſa ⁊ diffunduntur per corpus eius ⁊ ſpeciali/
ter exeunt et egrediuntur per oculos. eo ꝙ oculi int̄ oēs
partes corporis ſunt magis poroſi. iſti igit̄ fumi ſeu ſpi/
ritus ſubtiles egredientes per oculos tranſmutant ⁊ in/
ficiunt aerem propinquū oculis. ⁊ ille aer infectus inficit
alium vſqꝫ ad ſpeculum. et tunc in ſuperficie ſpeculi fit
quedā obſcuritas et infectio ab aere tangente ipſum. ſed
virtus viſiua nihil operatur in hoc. qꝛ etiam de nocte cū
mulier non videret ſpeculum adhuc inficeret ipſum dū
modo aperiret oculos ⁊ ei appropinquaretur appropin
quatione ſufficienti ⁊c. ¶ Ad aliam cū dicitur illa virtus
cuius operatio ⁊c. concedo ſi prima eius operatio ē actio
⁊ cum dicitur quod ipſius ſenſus operatio eſt actio.
dico ꝙ non loquendo de eius prima operatione. Prima
enim operatio ſenſus precedēs omnes alias eſt receptio
ſpeciei ſenſibilis ab obiecto. ⁊ loquor de ſenſu qui eſt ſb
iectum ſenſationis. huiuſmodi autem receptio non ē ac/
tio. ſentire autem non eſt prima operatio ipſius ſenſus.
immo ſibi accidit cum illa prima vt dictum eſt. quar̄ ⁊c.
¶ Ad aliā cū dicit̄ ꝙ virtus forme ⁊c. pōt dici ꝙ cuiuſli
bet forme debet eē aliqua virtus actiua. ſed non oportet
ꝙ omnis virtus forme materialis ſit virtus actiua. be/
ne igitur concederem ꝙ ipſius anime ſenſitiue ſunt aliq̄
virtutes actiue vt nutritiua ⁊ augmentatiua et generati/
ua ſm illos qui ponunt animam nutritiuam et ſenſitiuaꝫ
in animali eſſe vnam ſm ſubſtantiam ⁊ tamē poterit ſta
re cum hoc ꝙ alique virtutes ipſius anime ſenſitiue ſūt
paſſiue aliquo modo. ⁊ dico aliquo mō. quia non ſunt
paſſiue a ſenſibilibus paſſione proprie dicta que ē cū ab/
iectione contrarij. ſed paſſione perfectiua ſolum que eſt
receptio forme ſine contrarij abiectione. nulla enim for/
ma preexiſtit in viſu contraria ſpeciei coloris quam reci/
pit. ſimiliter autem ⁊ in alijs. quare ⁊c. ¶ Sed aliquis
argueret ſic. ſicut ſe habet materia ad potentiam actiuaꝫ
ſic ſe habet forma ad potētiā paſſiuam per cōuenientem
ſimilitudinem. ſed materia nullam habet potentiā actiuā
vt manifeſtum eſt per Ariſto. quare ⁊c. Dicendum eſt
ꝙ non eſt ſimile. quia materia prima eſt ens imperfectiſ
ſimum quod nullū habet actū de ſua eſſentia. ⁊ ideo nul
lam potentiam actiuā pōt habere de ſe. ſed non omnis
forma materialis eſt ens perfectiſſimum. immo alique
ſūt imperfecte aliqualiter. ⁊ ideo forme materiali nō re/
pugnat habere aliquam potentiam receptiuam alicuius
perfectionis licet non ſubſtantialis forme. et hoc modo
intellexit Cōmen. in de ſubſtantia orbis. ꝙ pati contra/
rium eſt ipſi actui. verum eſt paſſione q̄ eſt receptio for/
me ſubſtantialis. talis enim receptio competit materie ꝑ
me. ſed nihil prohibet aliquem actūꝫ recipere perfectio
nem accidentalem ⁊ habere potentiam receptiuam ta/
lis perfectionis. ¶ Ad aliam nego conſequentiam. et cū
dicitur ꝙ virtus actiua ⁊c. dicitur hic ꝙ verum eſt ꝙ
virtus actiua nobilior eſt virtute paſſiua ſibi correſpōdē
te. ſ. in quam agit. vt virtus actiua caliditatis eſt nobilior
virtute receptiua ipſius. ſed non oportet propter hoc ꝙ
omnis virtus actiua ſit ſimpliciter nobilior omni virtute
paſſiua. q̄ꝫuis ergo potentia nutritiua ſit actiua. tamē ſen
ſus non patitur ab ipſa potentia nutritiua. nec ipſa poten
tia nutritiua agit in ſenſum ſed in nutrimentum. ideo nō
ſequitur ꝙ potentia nutritiua ſit nobilior ſenſu. ¶ Ad
aliam cum dicitur ꝙ tunc ſenſibile eſſet nobilius ipſo ſen
ſu. nego conſequentiam. ⁊ cum probatur ꝙ actiuum ē
nobilius paſſiuo dico ꝙ actiuum vt actiuum bene ē no/
bilius paſſiuo vt paſſiuum. ſed non oportet ꝙ ſemper a
ctiuum ſit ſimpliciter ⁊ ſm eſſentiam ſuam nobilius q̄ꝫ
paſſiuum niſi ipſum actiuum habeat operationem no/
biliorem omni operatione quam habet paſſiuum. Di/
cereꝫ ergo ꝙ ſenſibile ſecundum ꝙ actiuum eſt: eſt no
bilius ſenſu ſecundum ꝙ ſenſus eſt aliquod paſſiuum
ſed tamen ipſe ſenſus non eſt minus nobilis ſimplici/
ter q̄ꝫ ſenſibile. quia ſenſus habet nobiliorem operatio
nem omni operatione ipſius ſenſibilis. ſenſus enim nō
ſolum habet hanc operationem que eſt pati a ſenſibili
ſed etiam habet illam operationē que eſt ſentire. ⁊ hec
operatio indubitanter eſt nobilior omni operatione for/
me ſenſibilis. vt videre quod eſt operatio viſus eſt quid

ſimpliciter nobilius ꝙ̃ queciiqꝫ operatio coloris. Similiter autem ⁊ in alijs. ⁊ quãuis ſentire cõcomitetur paſſionem ſenſus a ſenſibili. non tamen ipſum ſentire ẽ idem formalr̃ ⁊ eſſentialiter cum ipſo pati a ſenſibili. vt videre non eſt idem eſſentialiter cum paſſione viſus a viſibili. ⁊ odorare nõ eſt idẽ eſſentialr̃ cũ ipa paſſiõe odoratus ab odorabili ſicut patet ex intentione Ari. in iſto capitulo. Oportet autem vniuerſaliter accipere ⁊ hoc inſi-
tex. cō. 51. nuat Ariſt. in ſuo modo loquẽdi in principio huius capituli cũ dixit. Sentire ergo in quodã pati ⁊ moueri aliqd accidit. Modo ſi ſentire eſſet formaliter ⁊ eſſentialiter ipſum pati a ſenſibili tunc non accideret in pati ⁊ moueri. q: nihil proprie accidit in ſeipſo nec ſibiipſi. Si autem illud inuenitur ab Ariſto. ſ. ꝙ ſentire ſit pati ⁊ moueri intelligendum eſt materialiter ⁊ ſubiectiue. ſ. ꝙ ipſum ſentire fundatur in quadam paſſione ſenſus a ſenſibili tanꝗ̃ in diſpoſitione ſeu preparatione neceſſario requiſita ad ſentire. Redeundo ergo ad propoſitum dico ꝙ ſenſibile non eſt ſimpliciter nobilius ipſo ſenſu. q: non habet operationem aliquã nobiliorem ſimplr̃ omni operatione ipſi⁹ ſenſus que eſt ſentire. ſed ſi habet operationem ſimpliciter nobiliorem omni operatione ſenſus bene concederẽ ipſum eſſe ſimplr̃ nobili⁹ vt videbitur in ſequentib⁹ ⁊c̃.

## ¶ Tex. cõmẽ. lxii.

¶ Quoniam autem innominata eſt ipſorum differentia ⁊c. determinatum. eſt autem quando altera ⁊ quomodo altera.

## ¶ Queſtio. xv.

**Onſequenter** querit̃. Utrum ſenſibile reducat ſenſum de potentia ad actum. Et arguit̃ primo ꝙ non. quia ſi ſic eſſet tunc ipſum ſenſibile eſſet nobilius ſenſu. cum agens ſit preſtã-
tex. cō. 19. tius patiente tertio huius. ſed illud eſt inconueniens. q: ſenſus eſt virtus cognoſcens. ſenſibile autem non eſt virtus cognoſcens. vt color ſonus ⁊ huiuſmodi. cognoſcẽs aũt eſt nobilius non cognoſcente vt dicitur cõmuniter. ꝗ̃-
tex. cō. 62. re ⁊c. ¶ Oppoſitũ arguitur auctoritate Ari. in iſto ſcdo vbi vult ꝙ ſenbile reducat ſenſum de potentia ad actuꝫ. ſenſus enim eſt talis in potentia quale eſt ſenſibile in actu Et idem dicit cõmen. pluries. ⁊ Ariſto. in tertio hui⁹ ſic. Uidetur autem ſenſibile ex potentia exiſtente ſenſitiuo actu agens. quare ⁊c. ¶ Ad queſtionẽ intelligendũ eſt ꝙ ipſius ſenſus eſt duplex actus. ſ. primus actus. ⁊ actus ſecũdus. Actus quidem ſecundus eſt eius operatio. ſ.
tex. cō. 59. ſentire. ⁊ hoc dicit Ariſto. in littera ſic. Et ſentire autem ſecundum actum ſimile dicitur ipſi conſiderare. ſ. in hoc ꝙ vtrũqꝫ eſt quidam actus ſecundus. Actus autem primus eſt forma exiſtens in ſenſu preexiſtens operationi ⁊ eſt illa ſpecies rei ſenſibilis repreſentans ipſum ſenſibile. ⁊ hoc ſignificauit Ari. in iſto ſecundo vbi dicit in p̃n-
tex. cō. 51. cipio huius capituli. Oportet aũt vl̃iter de omni ſenſu accipere quoniam eſt ſuſceptiuus ſp̃erum ſine materia.

¶ Tunc dico ad queſtionem ⁊ primo ꝙ ſenſibile reducit ſenſum de potentia ad actum primum ſecundo ꝙ ipſum non reducit ſenſum ad actuꝫ ſcd̃m ſine naturali virtute actiua anime. Primũ ſic patet. illud quod ĩ ſenſu generat aliquaꝫ formã preexiſtentem operationi ſenſus reducit ipſum de potentia ad actũ primum. hec enim forma eſt ipſe actus primus ſenſus. ſed ipſum ſenſibile generat in ſenſu formam aliquam preexiſtentem operationi ſenſus. ſ. ſpeciem repreſentantem ipſum ſenſibile. vt color generat in viſu ſpeciem ſuam. ſimiliter autem ⁊ ĩ alijs. Et conſtat ꝙ ipſa ſpecies neceſſario preexiſtit ipſi ſẽtire cum ſit diſpoſitio quedam ipſius ſenſus ad ſentiẽdũ
tex. cō. 138 quare ⁊c. ¶ Et ad iſtam intentionem dicit Ariſt. ꝙ ſenſibilis ⁊ ſenſus eſt idem actus. ipſa enim ſpecies repreſentans ſenſibile eſt actus ipſius ſenſus vt ſubiecti. ⁊ eſt actus ipſius ſenſibilis vt agentis. cum ipſo eniꝫ ſenſibili poſito ⁊ appropinquato ſenſui ponitur. ⁊ remoto remouetur huiuſmodi ſpecies. ⁊ non eſt ſubiectum eius vt manifeſtum eſt. nec eſt forma propria nec finis. quare relinquitur ꝙ ſit cauſa agens ipſius ſpeciei ſenſibilis in ſenſu. quare reducit ⁊c. ¶ Secũdum probatur ad preſens. ſic ſi ſenſibile reduceret ſenſum de potentia ad actuꝫ ſentiendi ſine virtute omni anime naturali actiua tũc anima non eſſet actiua ipſius ſenſationis per ſe. hoc eſt falſum. ⁊ contra Ari. vt patuit prius. ⁊ expreſſe contra cõmen. tex. cō. 37.
vt patet conſequentia q: non eſt principium effectiuum cuiuſcũqꝫ operationis aut motus niſi ſm̃ aliquã virtutẽ actiuam vt omnes concedunt. nec eſt dicendum ꝙ ipſa ſit cauſa efficiens ſenſationem mediante ſpecie rei ſenſibilis solũ. q: ſic eſſet agens ſenſationem pure per accidens cum ipſa ſpecies ſenſibilis ſit accidens anime aduenticiũ ⁊ ſeparabile. ergo ⁊c. De hac autẽ virtute naturali anime actiue ſenſationis inquiretur in ſequenti queſtione.

¶ Sed dubitaret aliquis contra primam concluſionem q: ſi forma ſenſibilis efficit intentionem ſeu ſuam ſpecieꝫ in ſenſu. tunc duo accidentia eiuſdẽ ſp̃ei ſolo nũero differentia vel diuerſa ſimul erunt in eodem ſubiecto. quod videtur contra Ari. in quinto metaph. capitulo de diuerſo ſpecie. vbi manifeſte vult ꝙ quecunqꝫ accidentia ſũt tex. cō. 15.
in eodem ſubiecto dr̃nt ſpecie. ⁊ ſic duo accidentia eiuſdem ſpeciei ſolo numero differentia non poſſunt ſimul eſſe in eodem ſubiecto ſecũdũ idem ſui. ⁊ conſequentia patet quia poſſibile eſt ꝙ due albedines eiuſdem ſpeciei ſolo numero differentes appropinquantur viſui ſine oĩ impedimento. ſic ergo vnaqueqꝫ generat ſuam ſpecieꝫ in viſu cum ille ſpecies non poſſunt eſſe diuerſe ſm̃ ſpeciem vt manifeſtum eſt. nec eadem penitus ſecundum numerum cum obiecta ſint diuerſa ſꝫ nũerũ. quar̃ ⁊c. ¶ Ad hoc diuerſi diuerſimode reſpondent. Quidaꝫ dicunt ꝙ cum due albedines obijciuntur viſui vel medio intentiones earum quas generant in viſu ⁊ in medio nõ ſunt diuerſe ſecũdum numerum ſed vna. Quod ꝓbãt auctoritate Ari. prius inducta ⁊ ratione. quia accidẽs nõ numeratur niſi numeratione ſui ſubiecti. quomodo ergo ĩ vno ſubiecto numero ſimul. ⁊ ſecũdum idem erũt duo accidentia eiuſdem ſpeciei ſolo numero differentia. Et confirmatur dubitatio q: ſecũdũ cõmẽ. in primo phyſicorum. multitudo vel eſt rerum dr̃ntium ſm̃ formam. Cō. 6.
vel eſt rerum differentium ſm̃ quãtitatem. modo conſtat ꝙ ille intentiones in eodem ſubiecto exiſtentes non differunt ſm̃ quãtitatẽ q: ſunt in eodem quando ⁊ ſcd̃ꝫ idem ipſius vt omnes concedunt. immo etiam in eodẽ puncto medij ſunt ambe ille intentiones. cuius magnuꝫ ſignum eſt ꝙ per omnem punctum medij contingit ambas videri ſimul. nec etiam differunt ſm̃ formas quia ſic different per ſe. ⁊ per conſequens differrent ſm̃ ſpeciem ⁊ non ſolo nũero. in eadẽ. n. ſpecie ſunt multe differentie. ſed non ſecundum ſubſtantiam. nec per ſe vt dic̃ Ari. in ſecundo poſteriorum. ¶ Iſtis rationibus viſis poteſt putari ꝙ intentiones duarum albedinum ſuſcepte in eodem ſubiecto ſiue in medio ſiue in viſu non ſunt numero differentes nec diuerſe. ¶ Sed in contrarium eſt ratio fortis quia illa non ſunt vnum numero omnino ⁊ indiuiſibiliter quorum vno corrupto vel deficiente remanet alterum non corruptum. hec videtur ſatis manifeſta. quia detur oppoſitum tunc vnum ⁊ idem numero ⁊ indiuiſibile ſimul eſt corruptum ⁊ non corruptum modo ſic eſt ꝙ duabus albedinibus obiectis medio ⁊ viſui vna earum poteſt corrumpi altera remanente non corrupta. ⁊ cum vna illarum corrumpetur conſtat ꝙ ei⁹ intentio non remanebit in medio nec in viſu eadem numero que prius ⁊ altera remanebit. ſ. alterius albedinis intentio que non corrumpetur quomodo ergo eſſent penitus vna ⁊ eadem intentio numero. Si quis teneret p̃mam viam poſſet dicere ꝙ cum aliqua ſunt eadem numero: ⁊ a quocunqꝫ dependet vnum illorum ⁊ reliquũ tunc vno corrupto non remanet reliquum. ſed ſi dependerent a diuerſis generantibus ⁊ conſeruantibus tunc non eſt neceſſe ꝙ vno corrupto corruptum ſit reliquuꝫ.

⁊ ſic eſt in propoſito. quare ⁊c. ¶ Sed mirum eſt ſi vnū ⁊ idem numero in diuerſis ſimpliciter ſm ſuam ſubam corruptum ſit ⁊ non corruptum ſimul. Et ideo tenendo aliam viam .ſ. ꝙ huiuſmodi intentiones ſint numero diuerſe. ⁊ vna non eſt idem numero cum alia diceretur ad oppoſita. primo ad auctoritatem Ariſtotelis ꝙ intelligendum eſt de accidentibus realibus ⁊ corporalibus ⁊ abſolutis a termino ⁊ ab agente propinquo conſeruante. ſʒ non eſt intelligendum de accidentibus ſpiritualibus ⁊ intentionalibus. nec de accidentibus reſpectiuis ſiue habeant reſpectum ad terminum vt relationes. ſiue habeant reſpectum ad agens propinquum a quo dependent in conſeruari immediate. talia autem accidentia que ſūt intentiones duarum aut plurium albedinum ſolo numero differentium dependent in conſeruari ab ipſis albedinibus quarum ſunt intentiones. ⁊ ab ipſis habent numerum ⁊ diuerſitatem. Et cum dicitur. accidētia numerantur ⁊c. pōt dici ꝙ verum eſt de accidentibus realibꝰ ⁊ habentibus eſſe fixum in ſuis ſubiectis. ſed de accidētibus intentionalibus ⁊ non habentibus eſſe fixum in ſubiecto. ſed dependentibus ab aliquo extrinſeco conſeruāte immediate non oportet ꝙ numerētur ſm numerationē ſubiectorum in quibus eſſent. ſed numerant̄ ſm numerationem agentium a quibus dependent ⁊ in eſſe ⁊ in conſeruari. quia tamen illa agentia realia non numerantur niſi numeratione ſuorum ſubiectorum. ideo iſta numeratio intentionum reducitur ad numerationem ſubiectorum non in quibus exiſtunt ſed ſubiectorum in quibus ſunt earum agentia ⁊ conſeruantia ipſas in eſſe. Et per hoc diceretur ad auctoritatem cōmen. ⁊ omnis multitudo vel eſt rerum differentium ſm formas. vel eſt rerum differentium ſecundum quantitatem. verum ē vel ſecundum quantitatem ſubiectorum in quibus ſunt ipſa differentia. vel ſecundum quantitatem alicuius alterius a quo dependent vel ad quod hn̄t hitudinem. Et ſic ē in propoſito. quare ⁊c. ¶ Item poteſt dici ꝙ illa diuiſio debet intelligi de illis que differunt penes intrinſeca. ſed de illis quorum differentia eſt ab extra non eſt vera. ⁊ ſic eſt in propoſito. ¶ Iſtarum enim intentionum diuerſitas eſt ab extra. ſ. ab agentibus extrinſecis immediatis conſeruantibus eas in eſſe. ¶ Item intelligēdum eſt de accidentibus abſolutis ſed non reſpectiuis. iſte vero intentiones ſunt accidentia reſpectiua ſaltem quia ſemper habent reſpectum ⁊ habitudinem ad exterius cōſeruās propinquum ⁊ proprium ideo numerantur ſm eorum numerationem. prima autem ſolutio ſatis videtur conueniens. vt dicatur ꝙ multitudo iſtarum intentionum ē multitudo rerum vt formarum drn̄tiū ſm quantitatē non quidem ſecundum quantitatem intrinſecam .ſ. ſubiecti. ſed ſecundum quantitatem extrinſeca ſcilicet obiecti. ſecundum enim differentiam illam differunt ille albedines obiecte ex quarum diuerſitate dependet diuerſitas illarum intentionum. ¶ Poteſt etiam dici ꝙ commē. loquitur de multitudine entium realium prout entia realia diſtinguuntur contra intentiones cuius ſignum eſt ꝙ ipſe dicit ꝙ omnis multitudo vel eſt rerum ⁊c̄. ¶ Itē ad auctoritatem poteſt dici ꝙ ipſe intelligit de accidentibus naturaliter ⁊ inſeparabiliter exiſtentibus ſed de accidentibus aduenticijs ⁊ ſeparabilibus non intellexit. Si quis autem inſtat ꝙ accidens vnum numero non poteſt eſſe in diuerſis ſubiectis. ergo diuerſa numero accidentia non poſſunt eſſe ſimul in vno ſubiecto. non valet. qa inherentia eſt eſſentia accidentis. ⁊ impoſſibile eſt aliqd vnum inhererē diuerſis. ſed diuerſa bene poſſunt inherere vni numero. immo omnia predicamenta aliqualiter inherent vni ſubiecto. Sed dices quomodo vnum iſtorum accidentium eſt diuerſum ab altero. non per ſe qꝛ ſic differrent ſecundum ſpeciem. nec per accidens quia quereretur quod eſſet illud accidēs: ⁊ quomodo diſtingueretur ipſum ad agentia ſua. ⁊ eſt multum difficile qꝛ conſtat ꝙ non ſunt diuerſa ſecundum quantitatē. ⁊ qd cunqʒ aliud detur. quereretur de illo alio quomodo eſt diuerſum ſicut prius. Forte diceretur ꝙ iſta ſunt diuerſa per accidens non intrinſecum eis nec eorum ſubiecto. ſʒ extrinſecū. ſ. ꝑ formā agentē q̄ eſt alia ⁊ alia. hec āt pars probabilior mihi apparet ad preſens. ſed quid ſit de hoc non finaliter determino. quare ⁊c̄. ¶ Ad rationes in principio queſtionis dictum fuit prius. verum enim eſt ꝙ actiuum ſm ꝙ actiuum eſt nobilius paſſiuo ſibi correſpondente ſcd̄m ꝙ paſſiuum eſt. ſed non oportet ꝙ ſit ſimpliciter ⁊ abſolute nobilius quia poteſt contingere ꝙ ipſum paſſiuum poſtq̄ꝫ paſſum eſt ab agente habet aliquam operationem nobiliorem omni operatione illius actiui. ⁊ ſic ratione illius iudicabitur ſimpliciter nobilius. ſic autem eſt in propoſito. nam quāuis ſenſus recipit ſpeciem a ſenſibili vt agit in eā. quia tamen vltra iſtā receptionem habet aliam operationem nobiliorem quā quecunqʒ operatio ſenſibilis. ſ. ſentire vel cognoſcere ipſum ſenſibile. ideo eſt ſimpliciter nobilior q̄ꝫ forma ſenſibilis que non cognoſcit. nobilitas enim virtutis ſimpliciter ⁊ abſolute debet conſiderari ⁊ iudicari ex eius nobiliſſima operatione. vnde ſi ſenſus nullam aliam operationem haberet quam recipere ſpeciem a ſenbili credo finaliter ꝙ eſſet minus nobilis ſimpliciter ipſo ſenſibili cum efficere ſpecieʒ eſt operatio nobilior q̄ꝫ recipere eādem. ⁊ ſic de iſto ſufficiat.

## ¶ Queſtio. xvi.

Conſequenter queritur. Utrum preter ſpecieʒ rei ſenſibilis in ſenſu receptam ⁊ preter ſenſum qui eſt ſubiectum ſenſationis ſit aliqua alia virtus actiua ſenſationis naturalis exiſtens in anima ſenſitiua. Et hoc querere. vtrum ſi anima ſenſitiua ſit aliquis ſenſus agens. ¶ Et arguitur primo ꝙ non. quia ſi tex. cō. 51. ſic tunc non omnis ſenſus eſſet virtus paſſiua. ⁊. 59. quod videtur eſſe contra Ariſto. ⁊ cōmen. in multis locis huius ſecundi. ⁊ patet conſequentia. quia agens non eſt paſſiuum. ⁊ preciſe in propoſito ſenſus agens ſi eſſet non eēt paſſiuus a ſenſibilibus. quare ⁊c. ¶ In oppoſitum arguitur ſic. ſicut ſe habet virtus vel anima intellectiua ad tex. cō. 2. intelligibilia ſic anima ſenſitiua ad ſenſibilia per conuenientem ſimilitudinem qua Ariſto. vtitur in tertio huius. ⁊ eſt principium totius perſcrutationis de intellectu. ſed in anima intellectiua preter intellectum poſſibilem qui ē tex. cō. 17. ſubiectum intellectionis eſt intellectus agens vt demonſtratum eſt in tertio huius. ergo in anima ſenſitiua preter ipſum ſenſum paſſiuum qui eſt ſubiectum ſenſationis cō. 60. eſt ſenſus actiuus qui efficit ipſam ſenſationem. ¶ Iſtam queſtionem monet Commen. ſuper illud. c. Et poſita vna ratione ad partem affirmatiuam dixit in fine. ⁊ tu debes in hoc conſiderare quoniam indiget perſcrutatione ita ꝙ iſta. q. quaſi indeterminatam poſteriori inquiſitioni dimiſit. ¶ Quidam autem modernorum doctorum in philoſophia inquiſiuerunt de iſta queſtione ⁊ poſt multam diſputationem ⁊ conſiderationem determinauerunt eam ad partem negatiuam. dicentes in anima ſenſitiua nullum eſſe ſenſum actiuum ipſius ſenſationis. ſed omnes virtutes ipſius anime ſenſitiue eſſe paſſiuas a ſenſibilibus. ⁊ in hoc concordat magna pars phantium huius temporis. Ad huius autem concluſionis probationem adduxit vnus multas rationes quarum meliores ⁊ fortiores ad preſens inducam. Relique autem conſiderande ſunt in duobus tractatibus de ſenſu agente quos ordinaui contra iſtam poſitionem. Una ergo ratio hec eſt. Si eēt ſenſus agens aut ipſe eēt cognoſcens aut non cognoſcens. Hec eſt diuiſio per contradictoria. ſed non eſt cognoſcens. quia hic ſuperfluerent ſenſus paſſiui. qui etiā cognoſcunt ſenſibilia. etiam ſi eſſet cognoſcens. tunc cognitionem ſenſus paſ

ſiui precederet aliqua alia ſenſatio ſcilicet ſenſatio acti/
ua.actio eniȝ actiui naliter priorem paſſiōe paſſiui. ⁊ ſic
cognitio ſeu ſenſatio quam haberet ille ſenſus actiuus ſi
poneretur cognoſcens eſſet prior naturaliter ꝙ̃ ſenſatio
ſenſus paſſiui.quod eſt abſurdum.ergo non eſt cogno/
ſcens.Si ergo dicatur ꝙ ipē non eſt cognoſcens. tunc
ipſe erit minus nobilis ſenſu paſſiuo qui eſt cognoſcēs.
⁊ ſenſus paſſiuus eſt nobilior eo.nam cognoſcens ē no
bilius non cognoſcente vt manifeſtum eſt. Inconueni/
ens autem eēt ipm ſenſum actiuuȝ eſſe minus nobilem
paſſiuo vt etiam concedunt ponentes eum. quare ⁊c.
¶ Secunda ratio eſt iſta nam ſi eſſet ſenſus agens tunc
contingeret animal ſentire abſente ſenſibili. vt videre ſi
tex.cō.60. ne preſentia viſibil.quod eſt falſum et contra Ariſtote.
in iſto ſecundo ſenſus enim particularis non poteſt ſen/
tire niſi preſente ſenſibili exteriori. ⁊ patet conſequentia
tex.cō.54 quia agente naturali appropinquato paſſo neceſſario fit
actio. vt patet ex primo de generatione .modo abſente
ſenſibili animal habebit in ſe virtutem actiuam ſenſatio
nis ⁊ virtutem receptiuam vt tu concedis. Et ſi dicatur
ꝙ iſta non ſufficiunt ad viſionem.ſed requiritur ſpecieſ
rei viſibilis.hoc non valet.quia ſpecies ipa rei viſibilis
clauſis oculis remanet ad aliquod tempus. ⁊ ſic clauſis
oculis contingeret videre.quod eſt ridiculū quare ⁊c.
¶ Tertia ratio principalis eſt iſta. Si eſſet ſenſus agēs
tex.cō.12. tunc actio aut paſſio aut motus haberet agens per ſe.
ſed hoc eſt impoſſibile vt demonſtratum eſt in 5°.phy
co. ⁊ probatur conſequentia quia ſenſatio eſt actio vel
paſſio vel motus vt omnes concedunt.ſi ergo eſt ſen//
ſus actiuus per ſe ipſius ſenſationis tunc actio vel paſſio
aut motus habebunt agens per ſe.cuius oppoſituȝ de
monſtratum eſt in quinto phy. vt iſti aſſerunt. Quarta
ratio eſt iſta.ſi eſſet ſenſus agens tunc non omnis ſenſuſ
tex.cō.138 eſſet ſuſceptiuus ſpecierum ſine materia. Et hoc ē aper
te contra ariſto.in iſto ſecundo vbi dicit. Oportet auteȝ
vniuerſaliter accipere de omni ſenſu quoniam eſt ſuſce
ptiuus ſpecierum ſine materia.conſequentia manifeſta
eſt.quia ſenſus agens ſi ſit non recipit ſpecies ſine mate
ria ſed ipſam ſenſationem vt concedit ergo ⁊c. ¶ Qui
ta ratio ſit hec.ſi eſt viſus agens tunc iſta propoſitio.co
tex.cō.66. lor eſt viſibilis.non eſt vera per ſe in ſecundo modo di/
cendi per ſe.quod eſt contra ariſtote. ⁊ commen.in iſto
ſecundo. ⁊ patet conſequentia. quia poſtꝙ̃ ipſe viſus
actiuus efficeret viſionem coloris tunc ipē color videre
tur per aliquod aliud. ⁊ ſic non eſſet per ſe viſibilis qua
re ⁊c. ¶ Sexta ratio.ſi eſſet ſenſus agens ſenſus paſſi/
uus ipm cognoſceret.quod eſt manifeſte falſum ⁊ pro
batur conſequentia.quia cognitio ſit per aſſimilationeȝ
tex.cō.79. cognoſcentis ad cognitum. vt habetur in primo huius.
⁊ in tertio. ⁊ in quinto ethicorum.nunc ſi eſſet ſenſus
agens ſenſationem ſenſus paſſiuus haberet eius ſimili/
tudinem cum effectus aſſimiletur ſue cauſe agenti per
ſe. ⁊ ſic ſenſus particularis cognoſceret aliud ꝙ̃ ſenſibi/
le extra:quod videtur inconueniens. ¶ Sed ⁊ alia ra/
tio eſt cuiuſdam poſterioris magiſtri tenentis illam ean
dem concluſionem negatiuam.nam ſi eſſet ſenſus agēs
tunc ſenſitiuum habens in ſe virtutem ſenſitiuam eēt in
potentia eſſentiali ad ſentire.hoc autem eſt inconueniēs
quia ſicut graue in actu non eſt in potentia eſſentiali ad
eſſe deorſum.ſed in potentia accidentali.ſic etiam ſenſi/
tiuum non eſt in potentia eſſentiali ad ſentire.ſed ipum
ſemen ex quo generatuȝ fuit animal fuit in potentia eēn
tiali ad ipſum ſentire ⁊ reductum fuit ad actum ab ipſo
generante niſi aliquid prohiberet aut deficeret. ⁊ patet
conſequentia.quia illud eſt in potentia eēntiali ad aliquē
tex.cō.32. actum quod ad illum actuȝ reducit ab agente per ſe vt
manifeſtum eſt ſm Ariſto. ⁊ commen.in octauo.phy/
corum. ⁊ 4°.celi ⁊ mundi.ſi igitur ipm ſenſitiuum eſſet
ſubiectum receptiuum ſenſationis reduceretur ad actū
ſentiendi per virtutem per ſe actiuam que dicitur ſen/
ſus agens.tunc ipm ſenſitiuum paſſiuum eēt in potētia
eſſentiali ad actum ſentiendi.quod eſt inconueniens vt
dicitur in iſto ſecundo. In hoc ergo conueniūt iſti ⁊ ſui
ſequaces.ꝙ non ſit ſenſus actiuus. Sed ſi queritur ab
eis.quid ſit immediatum per ſe principium actiuuȝ ſen
ſationis ipſi multum diuerſificant in hoc. Dicit eni vnꝰ
⁊ prior ꝙ ſpecies rei ſenſibilis eſt immediatum per ſe
principium actiuum ipius ſenſationiſ eo modo quo actꝰ
ſecundus indiget agente ſicut etiam ſpecies intelligibiliſ
eſt immediatum per ſe principium ⁊ actiuum ⁊ eliciti/
uum intellectionis vt ipē dicit in queſtione de ſpecie in/
telligibili. ⁊c. ¶ Alius vero ⁊ poſterior cui eſt ratio vl
timo inducta dicit ꝙ poſtꝙ̃ animal generatum eſt ipſe
ſenſus non indiget aliquo agente per ſe tranſmutante
vel reducente ipm ad actuȝ ſentiendi. immo dicit ꝙ cū
ipſe ſenſus habuit in ſuo organo ſpeciem ſenſibilis quo
ipm repreſentat exibit ſenſus in actum ſuuȝ de ſe abſqꝫ
hoc ꝙ ad actionem tranſmutetur ab aliquo per ſe agen
te ita ꝙ ſuum actum eliciet ex ſua natura ⁊ recipiet ratio
ne ſui organi ⁊ eſt actus principaliter ⁊ forma ⁊ ex con
ſequenti materia ⁊ hec ſunt verba eius. Dicit tamē ꝙ
licet ſentire poſtꝙ̃ animal generatum eſt non ſit ab ali/
quo agente per ſe eo ꝙ tunc ſenſus non eſt in potentia
eſſentiali ſed ſolum accidentali tamen ipm ſentire eſt a
generante ſenſum ſicut a per ſe motore quemadmo//
dum ⁊ virtus ſenſitiua eſt ab ipo generāte. ¶ Sed mi
hi videtur ſalua reuerentia ſic dicentium ꝙ ambo di//
cunt contra intentionem Ariſto. ⁊ contra veritatē. Pri
mo contra Ariſtote.ſic Nam ſi non eſſet aliqua virtus
anime per ſe actiua ſenſationis tunc ipſa anima non eēt
per ſe cauſa agens ipam ſenſationem.hec eſt manifeſta
quia non poteſt eſſe per ſe actiua alicuius operationis
niſi ſm aliquam ſuam naturalem virtutem vt omnes
concedunt.ſed hoc conſequens eſt contra Ariſto. vt pri tex.cō.57.
us dictum eſt.quia plane volunt Ariſto. ⁊ Commen.
ꝙ anima eſt per ſe cauſa actiua omnium motuum pro
priorum animati. Unde etiam Commen.dicit ꝙ Ari.
declarat animam eſſe cauſam mouentem ſm omnes
modos motus ſiue veros ſiue exiſtimatos.manifeſtuȝ
autem eſt ꝙ ipſa ſenſatio eſt quidam motus ſpiritualis
ſm intentionem Ariſto.quare ⁊c. Et dico ad preſens
ſicut alias dixi ꝙ neceſſe ē in anima ſenſitiua eē virtuteȝ
naturalem per ſe actiuam ſenſationis. ⁊ hec poteſt vo/
cari ſenſus actiuus. Quod probo ad preſens duabuſ ra
tionibus principaliter.ad quarum primaȝ ſuppono q̄/
tuor principia manifeſta. ¶ Primum eſt ꝙ ſenſatō ſeu
ſentire indiget aliquo principio effectiuo per ſe ⁊ imme
diato.quod ſic probo propter negantes. q2 omnis effe
ctus per ſe intentus qui recipitur in aliqua potentia per
ſe receptiua ipſius indiget aliquo principio per ſe effecti
uo immediato.hec eſt manifeſta cuilibet exercitato in
phia ſi enim aliquis effectus non dependet ab agente
per ſe.tunc non eſt per ſe intentus ab aliquo.ſed ipa ſen
ſatio eſt quidam effectus per ſe intentus ab animali ⁊ re
cipitur in potentia per ſe receptiua eiuſ.ſ.in ſenſu.quod
patet.quia finis vniuſcuiuſqꝫ nature eſt quid per ſe intē
tum ab illa natura.hoc eſt per ſe manifeſtum.mō ipm
ſentire eſt finis ipius animalis vt plane dicit Ariſtote.in
de ſomno ⁊ vigilia.quare ⁊c. ¶ Item ꝙ ſenſus ſit po/
tentia per ſe receptiua ipſius ſenſationis hoc videt ma
nifeſtum quia ſi non tunc ipſa ſenſatio non eēt per ſe eiꝰ
perfectio nec actus intrinſecus quod eſt abſurdum.er/
go ſenſatio neceſſario indiget aliquo per ſe principio acti
uo immediato.quia agens mediatum nō agit niſi me/
diante agente immediato vt notum ē. Et hec ſit prima
ſuppoſitio. ¶ Secunda ſuppoſitio ē. ꝙ illud ens ē no/
bilius alio cuiuſ operatio propria ⁊ per ſe ē nobilior per
fectiſſima operatione alterius. ⁊ hec ſatis manifeſtum
eē videtur.confirmatur tamen aliqualiter. quia opatio
ppria rei ē eius finis pprius.cuius aūt per ſe ē finis me
lior ipm melius ē ⁊ nobilius. vt manifeſtuȝ.eſt hoc enī
ſatis habetur ex primo poſteri.c. de comparatione de/

monſtrationum. ¶ Tertia ſuppoſitio eſt ꝙ efficere ali
quid eſt ſimpliciter nobilius q̃ recipere illud idē. ⁊ hoc
manifeſtum eſt cuilibet intelligenti. vt efficere. motum
eſt nobilior operatio q̃ recipere ip̄m. Quod ſiquis pro
teruiendo negaret poteſt probari. q2 illud eſt nobilius
per quod magis aſſimilatur aliquid enti nobiliſſimo. ſ3
per efficere aliquid magis aſſimilatur aliquid enti nobi/
liſſimo. ſ. ipſi primo motori qui eſt deus cuius eſt effice
re ip̄m motum ⁊ non recipere ip̄m. vel ſaltem per effi
cere aſſimilatur alicui enti nobiliori. ſ. primo motori. ⁊ p
recipere illud magis aſſimilatur enti viliſſimo. ſ. materie
prime que eſt principium receptiuum in rebus natura
libus. quare ⁊c̄. ¶ Quarta ſuppoſitio ē. ꝙ ſpēs rei ſeu
forme ſenſibilis non eſt ſimpl'r nobilior q̃ virtus anime
ſenſitiue. ⁊ hoc cōcederet quilibet ſani capitis. ⁊ ꝓbat.
quia virtus propria forme nobilioris ē nobilior acciden
te quod non eſt virtus propria alicuius determinate for
me. ſed potentia ſenſitiua eſt virtus propria forme no/
bilioris illa forma in qua recipitur ſpēs ſenſibilis. ⁊ ip̄a
ſpēs ſenſibilis eſt quoddam accidens. quod non eſt vir
tus propria alicuius ita nobilis ſicut anima. poteſt enim
ſpecies rei ſenſibilis eſſe in medio inanimato. vt ſpecies
coloris in aere ⁊ in aqua in quibus nulla eſt forma ſic no
bilis ſicut anima ſenſitiua quare ⁊c̄. Et poteſt ſic ſyllo/
gizari. Virtus propria anime cognoſcitiue eſt res ſim/
pliciter dignior accidente quod poteſt eſſe in inanimatis
ſed potentia ſenſitiua eſt virtus propria anime cognoſci
tiue vt manifeſtum eſt. ⁊ ip̄a ſpecies rei ſenſibilis ē ac/
cidens quod poteſt inueniri in rebus inanimatis vt ma
nifeſtum eſt. quare ⁊c̄. Hanc etiam haberet concedere
ille qui negat ſenſum agentem q vult ꝙ virtus cogno/
ſcens eſt nobilior non cognoſcente. conſtat autē ꝙ ſen
ſus eſt cognoſcens ⁊ ip̄a ſpecies non eſt cognoſcens vt
manifeſtum eſt. quare ⁊c̄. ¶ His premiſſis arguo ſic.
Si non eſſet ſenſus actiuus tunc ſenſatio non depende
ret ab aliquo principio actiuo per ſe ⁊ immediato. ſed
hoc eſt contra primam ſuppoſitionem. ergo ⁊c̄. probo
ꝯñam. q2 ſi ſenſus agens non eſſet immediatum princi/
pium ſenſationis aut erit ille ſenſus paſſiuus qui recipit
ſenſationem ⁊ hoc eſt impoſſibile q2 vna ⁊ eadem vir
tus non eſt principium per ſe actiuum ⁊ per ſe recepti/
uum eiuſdem vt manifeſtum eſt. aut erit ip̄m ſenſibile:
⁊ hoc eſt impoſſibile. q2 agens immediatum debet eē
ſimul cum paſſo ita ꝙ ipſorum non ſit aliquod mediū
neq3 plenum neq3 vacuum vt patet ex. 7. phy. ſenſibile
tex. cō. 4. autem non ſic ſe habet ad ſenſum vt manifeſtum ē. aut
ergo erit ipſa ſubſtātia anime. ⁊ hoc eſt impoſſibile ma
nifeſtum. q2 ſubſtantia anime non eſt principium opera
tionis niſi mediante aliqua virtute ſuperaddita ſubſtan
tie vt quaſi omnes concedunt ⁊ probatum fuit pri?. aut
erit ip̄m corpus quod eſt abſurdum. quia ſic ſentire nō
eſſet principaliter ab anima. quod eſt contra ariſtote. ⁊
contra omnem veritatem. aut erit ſpēs rei ſenſibilis vt
tex. cō. 37. communiter ponitur. ⁊ hoc non poteſt eſſe. quia ſeque
retur neceſſario ꝙ ipſa ſpēs rei ſenſibilis eēt ſimpl'r no/
bilior ſenſu. quod eſt contra quartam ſuppoſitionē. Et
probatur conſequentia. q2 illud ens eſt ſimpliciter nobi
lius cuius operatio eſt nobilior perfectiſſima operatiōe
alterius per ſecundam ſuppoſitionem. modo nobilior
operatio eſt efficere ſenſationem q̃ recipere eam vt p3
ex tertia ſuppoſitione. ſi ergo efficere ſenſationem ē ope
ratio ſpēi ⁊ recipere ſenſationem eſt nobiliſſima opera/
tio ipſius ſenſus vt tu ponis ſequitur ꝙ ſpēs rei ſenſibi/
lis eſt ſimpliciter nobilius ens q̃ ſit ſenſus. ¶ Sed ali/
quis hic cauillaret dicendo ꝙ recipere ſenſationem non
eſt nobiliſſima operatio ipſius ſenſus paſſiui. quia actio
⁊ paſſio ſunt in patiente ſecundum Ariſtotelem. tertio
tex. cō. 22. phyſicorum. Quāuis ergo ſpecies agat ſenſationem. ta
men agere ſenſationem recipitur in ſenſu paſſiuo ⁊ ſic
habebit in ſe nobiliorem operationē q̃ ſit recipere ſen
ſationem. hoc nihil ē quia quāuis agere concedatur eē
in paſſo ſubiectiue tamē nullus diceret ꝙ actio ſeu age
re ſit operatio ipſius paſſi. ¶ Item ſi concedatur ꝙ age
re ſenſationem ſit operatio ſenſus paſſiui tanq̃ ſubiecti
tunc ſpecies rei ſenſibilis habebit nobiliorem cauſalitatē
ſuper ip̄am ſenſationem q̃ ip̄a potentia ſenſitiua nobili
or enim eſt cauſalitas agentis q̃ recipientis reſpcū eiuſ
dem producti. ⁊ ſic ineuitabiliter ſequitur ꝙ ſpecies rei
ſenſibilis ſit ſimpliciter nobilior ip̄o ſenſu. quod eſt ab/
ſurdum. Si enim aliqua duo entia habent operationē
nobiliſſimam vnam ⁊ eandem illud iudicandum ē ſim
pliciter nobilius quod habet nobiliorem cauſalitatē ſu
per illam operationem. Conceſſo igitur ꝙ agere ſenſa/
tionem ſit operatio perfectiſſima ſpeciei ⁊ cum hoc ope
ratio perfectiſſima ipſius ſenſus quia tamen ſpecies ha
beret nobiliorem cauſalitatem ſuper eam q̃ ip̄e ſenſus
oporteret concedere ꝙ ſpecies ſimpliciter eſt nobilior
q̃ ſit ſenſus. hoc tamen omnino tenendum eſt ꝙ agere
ſenſationem non eſt operatio propria ipſius ſenſus paſ/
ſiui nec eſt eius tanq̃ operantis: ſed ſolum vt ſubiecti.
ſed recipere ip̄am ſenſationem eſt eius operatio prop̄a
⁊ ei debetur non ſolum tanq̃ ſubiecto ſed vt operanti.
¶ Iſtam autem rationem conabatur ſoluere ille qui te
net ſpeciem eē per ſe principium actiuum ſenſationis.
⁊ dixit ꝙ ſpecies poteſt conſiderari dupl'r. Vno modo
quantum ad ſuam eſſentiam ⁊ ſic non eſt nobilior. Alio
modo quantum ad ſuam virtutem. ⁊ ſic eſt nobilior q̃
ſit ſenſus. Et ad hoc concedendum fuit conſtrictus per
dictam rationem noſtram. Sed illud nihil eſt primo q2
non reſpondet ad veritatem rationis. probat enī ratio
ꝙ ſpecies ſenſibilis erit ens ſimpliciter nobilius q̃ ſen/
ſus. q2 eiuſ operatio eēt ſimpliciter nobilior optima ope
ratione ſenſus. ¶ Item ſi ſpecies ſenſibilis eſt nobilior
ſenſu quantum ad ſuam virtutem tunc oportet ꝙ ipſa
virtus ſpēi ſenſibilis ſit ſimpliciter nobilior q̃ virtus ſen
ſus. quod eſt abſurdum. ⁊ contra eum. Ridiculū enī
eſſet dicere ꝙ virtus ſpēi coloris ſit nobilior q̃ virtus vi
ſiua ⁊ ſic de ceteris. ⁊ p3 conſequētia. nihil enim poteſt
eē nobilius alio ratione virtutis alicuius niſi ip̄a virtus
ſit nobilior illo alio vt manifeſtum eſt homo enim non
eēt nobilior aſino ratione virtutis intellectiue niſi ip̄a vir
tus intellectiua eēt nobilior aſino ſic autem ⁊ in alijs. q̃/
re ⁊c̄. ¶ Item arguitur contra iſtum hominem ſicut ſi
bi ipſi arguit nobilius q̃tum ad virtutem ē nobilius q̃
tum ad eēntiam. ſi igitur ſpecies ē nobilior ſenſu q̃tum
ad virtutem ſequitur ꝙ ſit nobilior q̃tum ad eēntiam.
Et reſpondet huic obiectioni ꝙ nobilius quantum ad
virtutem ē nobilius quantum ad eēntiam. vt habet vir
tutem ⁊ non ſimpliciter. Sed hoc ſine dubio ē friuolū
valde ⁊ ſuperficiale quia ille due replicationes. ſ. quan
tum ad virtutem vt habet virtutem ſunt vnum ⁊ idē
realiter. nihil. n. differt dicere homo quantum ad rōna
bilitatem. ⁊ homo vt habet rationabilitatem. ſi ergo di
catur nobilius quantum ad virtutem eſt nobilius quā
tum ad eēntiam vt habet virtutem idem eſt ac ſi dice/
retur ꝙ nobilius quantum ad virtutem ē nobilius quā
tum ad eēntiam quantum ad virtutem ⁊ hec eſt ridicu
loſa repetitio verborum. ¶ Itē ens nobilius alio quā
tum ad ſuam propriam virtutem aut eſt nobilius ſim/
pliciter quantum ad eēntiam ſuā. aut eque nobile. aut
minus ſimpliciter. vltima duo ſunt omnino irrationabi
lia q2 nobilitas virtutum eſt ex nobilitate eēntie vt ē ma
nifeſtum cuilibet intelligenti. Unde irrationabile ē om/
nino ꝙ eēntia ſimpliciter minus nobilis habeat nobilio
rem virtutem ⁊ ꝙ eēntia eque nobilis nobiliorem ha/
beat virtutem propriam. ergo relinquitur ꝙ nobilior
virtus eſt eēntie ſimpliciter nobilioris. ¶ Item ſi ſpe/
cies eſt nobilior quantum ad virtutem ſuam queritur
de illa virtute vtrum ſit idem eſſentialiter cum ip̄a ſpē
aut nō. ſi ſit idem ergo ſicut eſt nobilior ſenſu ſic ſpeci/
es quantum ad eēntiam ſuam erit nobilior ipſo ſenſu
quod negat. ſi ſit aliud eſſentialiter tunc illa virtus aut
repn̄tat ip̄m ſenſibile. aut non. ſi ip̄m repn̄tat tunc ſine
dubio o3 ꝙ ip̄a ſit q̄dā ſpecies rei ſenſibil'. nā oīs forma

gn̄ata a re ſenſibili ⁊ ip̄am rep̄ntans ſpūal'r eſt ſpecies eius. ⁊ ſic vnius forme ſenſibil' ſimul erunt due ſpēs diuerſe ip̄az rep̄ntātes ī eodē ſenſu. vt vni⁹ coloris eēnt diuerſe ſpecies in vno viſu ipſum repreſentantes. qđ ē ridiculum. ſi autem dicatur ꝙ ip̄a virtus ſpeciei ſenſibilis non repreſentat ip̄m ſenſibile nec ei conformatur hoc videtur abſurdum quia tunc ipſa ſpecies per illam ſuaz virtutem non produceret cognitionem ſeu ſenſationem illius ſenſibilis pluſq̄ȝ alterius. ¶ Item ſicut ſe hȝ ſcientia ad conſiderare ſic ſpecies rei ſenſibilis ad ip̄m ſentire ſ̄m ip̄m. modo ſcientia ip̄a eſt immediatum principium actiuum conſiderationis intellectualis non mediante aliqua virtute, realiter diuerſa ab ipſa ſicut ip̄e concedit in ſua queſtione de ſpecie intelligibili quare etce.

¶ Omnibus ergo iſtis conſideratiſ pȝ ꝙ ip̄e non poteſt ſoluere illam noſtram rationem. ¶ Alius vero ſociorū̄ noſtrorum de quo tactum eſt dixit ꝙ ſenſatio non indiget aliquo per ſe principio actiuo. ⁊ ꝙ ip̄m ſenſitiuum non eſt in potentia eſſentiali ad ip̄m ſentire. Sed ſalua reuerentia eius mihi videtur ꝙ ipſe peccat. quia cū ſenſatio ſeu ſentire ſit finis per ſe intentus a natura animal' neceſſe eſt ip̄m habere in animali cauſam per ſe agentē. quod ſi non habet cauſam agentez per ſe neqȝ habebit cauſam receptiuam per ſe. ⁊ ſic a nullo erit per ſe intentum quod eſt abſurdum. ¶ Item de actu ſentiendi qui eſt in animali poteſt eſſe ſciētia vt videtur. quod non eēt ſi non haberet cauſam per ſe. ⁊ quecunqȝ per ſe cauſa ſibi concedatur neceſſe eſt ip̄m habere cauſam per ſe agentem. ſi enim habet: habet cauſam finalem per ſe cū omnis finis ſit intentus ab aliquo agente ē neceſſe vt habeat agens per ſe. ¶ Item in verbis iſtius ſi bn̄ conſiderantur conceditur noſtrum propoſitum dicit enī ꝙ cū ſenſus habuerit in organo ſuo ſpeciem repreſentantem ip̄m ſenſibile exibit ſenſus in actum ſuum de ſe abſqȝ ꝙ ad actionem tranſmutetur ab aliquo per ſe agente ita ꝙ ſuum actum eliciet ex ſui natura. Modo quero ab eo quid intelligit per hoc qđ dicit. exibit in actum ſuum. ⁊ per hoc enim oportet intelligi alterum duorum. aut ꝙ producet ⁊ efficiet ſuum actū. aut ꝙ recipiet ip̄m. Si intendit ꝙ efficiet ⁊ producet ex ſe actum ſuum tunc habeo ꝙ per ſe agit ip̄m ſuum actum. quia in iſto ſermōe ex ſe idem eſt quod per ſe. nihil autem per ſe agit actū niſi ſit per ſe actiuum illius. hoc eſt clarum. ergo ſenſus eſt per ſe actiuus ſui actus. ⁊ ſic habeo ꝙ ſenſatio depēdet ab aliquo principio actiuo per ſe. Si autem intelligit per exire in actum recipere ip̄m actum tunc concedit ꝙ ip̄e ſenſus eſt per ſe ⁊ ex ſe receptiuus ſui actus. ⁊ ſic neceſſe eſt ꝙ ab aliquo propinquo per ſe actiuo tranſmutetur ad actum. nunq̄ȝ. n. vnū ⁊ idem eſt per ſe principium receptiuum ⁊ per ſe principium actiuum vnius ⁊ eiuſdem vt manifeſtum eſt. ⁊ ip̄e etiam exp̄ſſe concedit in ſuo tractatu de intellectu. ergo ſi ſenſus ex ſe exit ī actum ſuum. i. per ſe recipit ip̄m neceſſarium eſt aliqđ aliud eſſe per ſe principium actiuum illius actus. ⁊ cuȝ illud non ſit ſpēs ſenſibilis vt probatum eſt ⁊ ille concedit relinquitur ꝙ ſit ſenſus actiuus. ⁊ ſic mihi videt' ꝙ ipſe in ſuis verbis implicite concedit qđ expreſſe alibi negare conatur. Siquis autem velit eius verba gloſare non facio magnam vim. q̄ non verborum virtutem ſed veritatem principaliter appeto manifeſtare. ¶ Itē queritur ab iſto que ſit illa virtus anime vel virtus corporis cui per ſe ⁊ immediate vnitur ip̄m ſentire an ſit virtus anime an virtus corporis. ⁊ ſi eſt virtus anime conſtat ꝙ non eſt niſi ſenſus. ergo ipſi ſenſui per ſe vnitur iſte actus qui eſt ſentire conſtat autem ꝙ vnuſquiſqȝ actus recipitur in illo cui vnitur quia ſua vnio ⁊ ſua receptio vel ſunt idem vel inſeparabiliter ſe conſequuntur. illud autem cui per ſe vnitur ſenſatio vel ſentire eſt illud quod per ſe recipit ſentire ſeu ſentire in illo immediate recipitur. ⁊ ſic oportebit alterum iſtorum concedere aut ꝙ ſit idez ſenſus qui eſt elicitiuus ſenſationis ⁊ qui eſt receptiuus quod eſt contra ip̄m aperte aut ꝙ ſit alius ſenſus elicitiuus ⁊ receptiuus ipſius. ⁊ hoc eſt qđ volumus. ¶ Si vero dicatur ꝙ virtus cui per ſe ⁊ immediate vnitur ſentire eſt virtus corporis ſequitur ꝙ virtus corporis per ſe ⁊ immediate ſentit. quia virtus animati cui per ſe vnitur ſentire ſentit vel eſt ratio ſentiēdi vt euidens eſt. dicere aūt ꝙ virtus corporis per ſe ⁊ immediate ſentit vel eſt ratio ſentiendi eſt omnino abſurdum. ¶ Hec autem ſit prima ratio illius concluſionis cum eius defenſione ⁊ cauillationum remotione ⁊ credo indubitanter ꝙ ſi quiſ non mouetur amore famoſitatis ſed realitatis faciliter poterit defendere iſtam rationem ab omnibus rationibus cauilloſis quas dialecticus poterit proteruiendo inuenire.

¶ Secunda ratio principaliter fundatur etiam ſuper ſuppoſitionibus ſatis notis. quarum prima eſt ꝙ vnum ⁊ idem ſimplex non poteſt eſſe immediatum per ſe principium actiuuȝ ⁊ per ſe receptiuum vnius ⁊ eiuſdem. ⁊ hoc non puto ꝙ indigeat probatione apud idoneos ph̄ie. nam poteſtas actiua eſt principium mutandi alterum inquantuȝ alterum 5°. metaph̄. ſecundo ſuppono ꝙ ſpēs ſenſibil' tex. cō. 17.
eſt immediatum per ſe principium receptiuum ſenſatōnis ſeu ipſius ſentire quod ſic probo. cum ipſa ſenſatio ſit quidam effectus per ſe intentus a natura animalis neceſſarium eſt ꝙ ſicut dependet ab aliquo principio receptiuo per ſe ⁊ immediato ſic etiam depēdeat ab aliquo principio actiuo per ſe ⁊ immediato. illud igit' per ſe p̄ncipium ſenſationis receptiuum ⁊ immediatum aut eſt ipſe ſenſus aut ſpecies ſenſibilis. hoc pȝ per diffinitionē ſufficientē. ſed non poteſt eē ip̄e ſenſus. q̄ vnum ⁊ idē non poteſt eſſe per ſe principium receptiuum diuerſoꝝ ordinatorum adinuicem. hoc eſt manifeſtum cuilibet intelligenti. ⁊ videtur teneri ab Ariſto. in 7°. ph̄ycorū ca° tex. cō. 29.
de comparatione motuum. vbi dicit ꝙ non contingēs eſt ſuſceptiuum contingētis. i. non quodlibet ē ſuſceptiuum cuiuſcunqȝ. ſed vnum eſt vnius principiū. ¶ Sȝ q̄ fortaſſis iſtud dictum non ē intelligēdum niſi de ſuſceptiuis ⁊ ſuſceptis realibus ⁊ corporalibus: vnum. n. ⁊ idem diaphanum bn̄ ſuſcipit intētiones diuerſas diuerſorum colorum vt manifeſtum eſt. ideo illam propoſitionem ad p̄ns recipio tanq̄ȝ conceſſam ab illo qui pōit ſpēm eſſe per ſe actiuam ſenſationis. ip̄e. n. concedit ꝙ vnum ⁊ idem non ē ſuſceptiuū immediate diuerſoruȝ habētium ordinem inter ſe. certū autem eſt ꝙ ſpecies ſenſibilis ⁊ ip̄m ſentire habent ordinem inter ſe. ⁊ ideo ſenſus non eſt immediate ſuſceptiuus ſpēi ⁊ ipſius ſentire. quare relinquitur ꝙ ip̄m ſenſitiuum recipit ipſam ſenſationem mediante ſpē recepta. ⁊ hoc videtur īnuere Ariſtote. in principio capituli vbi dicit. Senſus qdeȝ igitur in quodam pati ⁊ moueri accidit. ⁊ ſic ipſa ſpēs rei ſenſibilis ē immediatum principium per ſe receptiuum ſenſationis ſ̄m illud eſſe quod habet in ſenſu. Ex his arguo ſic. ſi ſpēs ſenſibilis non eſt per ſe principium actiuum ſenſationis neceſſe eſt vt ſenſus agens ſit eius actiuum. hec pȝ ex predictis. nihil. n. aliud apparet qđ poſſit eſſe immediatum per ſe actiuum eius niſi vnum iſtorum. ſed ſpecies ſenſibilis non eſt per ſe actiuuȝ ſenſationis vt probatur ex premiſſis. q̄ vnum ⁊ idem nō eſt per ſe principium receptiuum alicuius: ⁊ actiuum per ſe illius vt dicit prima ſuppoſitio. ſpecies autem ſenſibilis eſt immediatum principium receptiuum ſenſationis. vt probatuȝ eſt. ergo ⁊c. ¶ Et confirmatur iſta ratio. cum enim ſenſus nunq̄ȝ recipiat actum ſentiendi ſine ſpecie rei ſenſibilis neceſſe eſt ip̄am ſpeciem eſſe principium recipiendi ſenſationem aliquo modo. aut ergo eſt principium per ſe aut pure per accidens. ſi ꝑ ſe habetur propoſitum ſi per accidens tunc cum per accidens contingat non eſſe vt vult ariſtote. in 8°. ph̄y. ⁊ in. 10. metaphyſi. contingeret ipſam ſenſationem recipi in ſenſu ſine ſpē ſenſibili. qđ omnino eſt impoſſibile. tex. cō. vlt.
¶ Sed dicas ꝙ ꝑ accidēs eſt duplex. ſ. ꝑ accn̄s neceſſariū. ⁊ tale non cōtingit nō eſſe. aliud eſt ꝑ accn̄s nō neceſſariū. ⁊ hoc cōtingit nō eē. ſpēs aūt ſenſibilis eſt imme

diatū per ſe principiū ſentiendi per accidens neceſſario
Tamen hoc non proficit. qa ariſtote. in p̄io poſterioꝝ
c. Si ergo demonſtratiua ſcientia ex neceſſarijs. pro/
bat ꝙ demonſtratio eſt ex eis que ſunt per ſe per hoc
ꝙ ipſa eſt ex neceſſarijs. ⁊ ſic intendit ꝙ omnia que ſūt
neceſſaria ſunt aliquo modo per ſe ⁊ non omnino per
accidens vnde ⁊ ibidem expreſſe dicit ꝙ accidentia nō
ſunt neceſſaria. ⁊ hoc pluries repetit. ſi igitur ſpecies ſen
ſibilis exiſtens in ſenſu eſſet neceſſario receptiua ſenſa/
tionis opꝫ ꝙ hoc conueniat illi aliquo modo per ſe ⁊
non pure per accidens. ⁊ ſic redit in idem quod prius
Quod autem nihil quod eſt pure per accidens ſit neceſ
ſarium alias probatum eſt multis auctoritatibus quas
ad preſens propter breuitatem omitto. ℂ Iſtis rationi
bus coniunctis dico ꝙ neceſſe eſt eſſe ſenſum agentem
modo predicto. ſ. ꝙ eſt immediatum principiū actiuū
ſenſationis in ſenſu paſſiuo diſpoſita ſpē rei ſenſibilis a
ſenſibili generata. Unde bene eſt conſiderandum ꝙ nō
pono ſenſū agentē ſic̄ aliqui imaginati ſūt. ſ. ꝙ actio eiꝰ
tranſeat ad ſenſibilia extra animaꝫ ⁊ ꝙ virtute eius ipa
ſenſibilia generent ſuas intentiones ſeu ſpecies ī medijſ
⁊ organis ſenſuum. hoc enim eſt ridiculū ⁊ facile poſſet
reprobari vt habet videri ſupra librum de ſenſu ⁊ ſen/
ſato vt dictum fuit in tractatu de ſenſu agente. Sed po
no virtutem naturalem omnino effectiuaꝫ huius actus
qui eſt ſentire. ⁊ recipitur hmōi actus in quadaꝫ alia vir
tute naturali anime informata ⁊ preparata ſpecie rei ſen
ſibilis que ipm ſenſibile repreſentat. ⁊ hec virtus acti/
ua bene poteſt dici ſenſus actiuus quemadmodū ⁊ vir
tus que eſt ſubiectum ipſius ſentire dicitur ſenſus paſſi
uus. ℂ Sed contra poſitionem ſunt difficultates non
pauce quarū vna eſt. Si eſt ſenſus actiuus aut ipſe erit
vnus ad omnes ſenſationes. aut alius ⁊ alius reſpectu
diuerſorū ſenſibilium ⁊ ſenſationuꝫ. ſi dicatur ꝙ ſit vnꝰ
ſenſus actiuus omnium ſenſationum. hoc videt̄ mul/
tum irrationabile. qꝛ nullum agens dꝫ eſſe immediatū
principium diuerſorum actuum ſm̄ ſpeciem. ipe auteꝫ
ſenſationes ſunt diuerſe ſm̄ ſpeciem. vt viſio ⁊ auditio
⁊ hmōi. ergo non erit vnus ſenſus actiuus omniū iſta/
rum: Si aūt ille ſenſus ſit alius ⁊ alius ad diuerſas ſen/
ſationes. tunc erit aliquis alius ſenſus preter quinqꝫ. ſ.
preter viſum ⁊ auditū ⁊c̄. hoc autem eſt contra ariſto.
tex. cō. 128 in iſto ſecundo. ⁊ in illo. c. ꝙ autem non ſit alius etcete.
ℂ Alia difficultas eſt. qꝛ ſi eſſet ſenſus actiuꝰ aut eſt in
eodem organo cum ſenſu paſſiuo. aut in alio. ſi in eodeꝫ
hoc videt̄ impoſſibile ꝙ vnum ⁊ idem ſimul habeat
diuerſas virtutes quarū vna ſit actiua altera receptiua
eiuſdem. qa agens ⁊ patiens ſunt contraria vt pꝫ ex pri
tex. cō. 50. mo de generatione. ⁊ commen. accipit in. 4° phyſico.
c. de vacuo. ſi vero dicetur ꝙ eſt in alio organo ab orga
no ſenſus paſſiui. hoc eſt contra Ariſto. qui non aſſignat
alia organa niſi organa ſenſuum paſſiuorum vt ſatis pa
tet in iſto ſecūdo. ⁊ oporteret aſſignare illa organa diuer
ſa in corpore animalis. quod videtur impoſſibile niſi fin
gendo. ℂ Alia eſt dubitatio. quia aliquod ſenſibile de/
bet eſſe obiectum cuiuſlibet ſenſus. hoc videt̄ manife/
ſtum. ſed ſi eſſet ſenſus agens nullum ſenſibile eſſet eiꝰ
obiectum. probatur quia ſi aliquod ſenſibile eſſet eius.
obm̄. aut igit̄ ipe ſenſus agens ageret in ipm ſenſibile
aut econuerſo per diuiſionem ſufficientem. omnis eniꝫ
virtꝰ aut agit in ſuum obiectū. aut patit̄ ab eo: ſed ſen/
ſus agens ſi eſſet non ageret in ſenſibile hoc eſt manife/
ſtum. ⁊ hoc concedimus. neqꝫ ipſum ſenſibile ageret/
in ſenſum agentem. quia ſenſibile non agit in ſenſum:
niſi in ſenſum paſſiuum: q eſt ſubiectum ſenſationis ad
quam diſponit ſpecies rei ſenſibilis. ergo nullo modo
eſt ſenſus agens. Et iſto modo confirmat̄ ratio qꝛ ſi ali
qd ſenſibile eſſet obiectū ſenſus actiui. aut eſſet illd ideꝫ
ſenſibile quod eſt obiectū ſenſus paſſiui. aut alid ſenſibi
le. ſi diceret̄ ꝙ aliud hoc eſt deriſoriū qꝛ tūc poneretur
aliquod ſenſibile aliud a coloribus ⁊ a ſonis ⁊c̄. que ſūt
obiecta ſenſuum paſſiuorū quod eſt abſurdū ⁊ contra
Ariſtote. in iſto ſecūdo. Si diceret̄ ꝙ illud idem ſenſibi
le qd eſt obiectum ſenſus paſſiui eſſet obiectum ſenſus
actiui hoc eſt inconueniens qꝛ diuerſarum virtutū non
debet eſſe vnū obiectum ſed diuerſa vt manifeſtum vi
detur. Nūc ipſe ſenſus actiuus erit virtꝰ diuerſa a ſen/
ſu paſſiuo vt concedit̄ a ponentibꝰ ipm. quare etcetera.
ℂ Deinde arguit̄ auctoritatibus multis. primo aucto
ritate Ariſtote. in iſto ſecūdo capitulo. Dicendū autem tex. cō. 59.
de potentia ⁊ actu ⁊c̄. vbi loquens de ipo ſentire dicit.
hmōi operationis actiua ſunt extra viſibile audibile ⁊ re
liqua ſenſibiliū. Ecce ꝙ aperto ſermone Ariſtoteles di
cit ꝙ ſenſibilia ſunt actiua ipius ſentire. non ergo ſenſus
agens. ℂ Item in principio prioris capituli dicit Ariſt. tex. cō. 51.
Sentire qdem igitur in pati quodam ⁊ moueri aliqd
accedit quod non eſſet niſi ſenſus omnis eſſet paſſiuus
a ſenſibili: quare ⁊c̄. ℂ Item in multis locis huiꝰ ſecū/ tex. cō. 61.
di dicit. Ariſtote. plane ꝙ ſenſus reducit̄ a ſenſibili de
potentia ad actū quod non eſſet niſi ſenſus eſſet paſſiuꝰ
a ſenſibili. ⁊ in tertio huiꝰ dicit ſimiliter. Videt̄ autem tex. cō. 28.
ſenſibile ex potentia exiſtente ſenſitiuo actu agēs. ℂ Itē
auctoritatibꝰ Commen. expreſſis. primo qa dicit expo/ cōmē. 52.
nendo litteram Ariſtote. Neceſſe eniꝫ eſt ſi ſenſus eēnt
virtutes actiue vt ſentirent ex ſe ⁊ non indigerent in ſen
tire aliquo extrinſeco. ℂ Item ſuper iſta parte. Senſi/ cōmē. 59.
tiui autem prima mutatio ⁊c̄. ꝙ mouens primam per/
fectionem in ſenſu ⁊ extrahens eam in ſecūdam ſūt ex/ cōmē. 60.
trinſeca ſenſata. ⁊ in particula ſequenti dicit Commen.
ꝙ ſenſus non mouet̄ motu q dicit̄ comprehenſio niſi a
rebus particularibꝰ ſenſibilibꝰ. ⁊ iſte ſunt extra animā. cōmen. 12.
ℂ Item in qnto phycorū capitulo. Neqꝫ alterantis ne
qꝫ alterati ⁊c̄. dicit Commen. ꝙ ſenſus ſunt a virtutibꝰ
paſſiuis non actiuis. Ex omnibꝰ iſtis verbis ⁊ ſimilibꝰ
videt̄ eſſe contra intentionem. Ariſtote. ⁊ commen. ꝙ
ſit aliqs ſenſus actiuꝰ preſertim qa non dicit Ariſtote. in
aliqua parte ſui libri de anima. neqꝫ aliorū ſuorū libro/
rum phie inuenit̄ docuiſſe talem virtutem. quare ⁊c̄.
ℂ Item arguit̄ auctoritate Ariſto. in de problematibꝰ
particula. 32. vbi in multis locis q̄rit. q̄re ſenſus non ſūt
meliores in parte dextra q̄ꝫ in ſiniſtra. ⁊ rn̄det ꝙ hoc ē
pro tanto. qꝛ differentia dextrorū ⁊ ſiniſtrorum eſt in
agendo. ſenſus vero paſſiui q̄ſi dicat ꝙ in parte dextra
⁊ ſiniſtra non differūt virtutes ſm̄ magis ⁊ minꝰ bonū
niſi virtutes actiue. ſenſus aūt ſūt paſſiui. q̄re ⁊c̄. Unde
ex hoc poteſt argui ſic. ſi ſenſus aliq eſſent actiui tūc me
liores ſenſus eſſent in parte dextra q̄ꝫ in ſiniſtra. cū om/
nis actiua virtꝰ ſit melior in parte dextra ⁊ hoc eſt incō
ueniens. nam regulariter ⁊ vt in pluribꝰ ſenſus non ſūt
meliores aut fortiores in vna parte q̄ꝫ in alia q̄re etcete.
ℂ Ad primū iſtorū reſpondeo cū dicit̄ ꝙ aut eſſet vnꝰ
⁊c̄. poſſum dicere ꝙ ſenſus actiuꝰ non eſt omnino vnꝰ
ad omnes ſenſationes ſed eſt aliꝰ ad ſenſationes diuer
ſorū generū ſenſibiliū. tamen poteſt dici ꝙ reſpectu hu
ius generis ſenſibiliū eſt vnus ſenſus ad omnes ſenſa/
tiones illorū ſenſibiliū producendas. verbi gratia vnꝰ
eſt ſenſus actiuꝰ omniū viſionū ⁊ aliꝰ actiuꝰ omniū au/
ditionū. ſimiliter autem ⁊ in alijs. ⁊ cum dicit̄ ꝙ erunt
plures ſenſus q̄ꝫ qnqꝫ cuiꝰ oppoſitū dicit Ariſtoteles ꝙ
aūt non ſit ſenſus aliꝰ preter quinqꝫ poſſumus dicere
breuiter ꝙ ipſe loquit̄ ibi de ſenſibus q ſūt ſubiecta ſen
ſationū. non aūt ſūt plures ſenſus q ſūt ſubiecta ſenſa/
tionū q̄ꝫ illi qnqꝫ ⁊ ſic eſt verū. ſupponit aūt ꝙ vnicui/
qꝫ illorū correſpondet virtus actiua illius ſenſationis na
turaliter exiſtens in anima. aliter enim anima non eſſet
per ſe cauſa ⁊ naturaliter actiua ipſarū ſenſationum cu/
ius oppoſitum determinauerat prius vt pluries recita/
tum eſt. ⁊ ſic debet intelligi ſermo eius. ℂ Item poteſt
dici ſatis rationabiliter ꝙ cū Ariſtote. dixit ꝙ aūt nō ſit
alius ſenſus preter qnqꝫ hoc dupliciter poteſt intelligi.
Uno modo ꝙ vnuſqſqꝫ illorū quos nominat ſit in ſe
vnus ſm̄ ſpēm ſpecialiſſimam. ⁊ hoc non eſt verū. qꝛ cōm. 109.
tactus ad minus non eſt vnus ſm̄ ſpēm ſpecialiſſimaꝫ
ſm̄ ꝙ commūiter tenet̄. ⁊ plane dicit cōmen. in. c. d tā

gibili. Alio modo ꝙ ſint quinque ita ꝙ quilibet eorum
ſit vnus loco ⁊ ſubiecto. ⁊ hoc eſt verum. viſus enim
actiuus ⁊ receptiuus viſionis eſt vnus ſenſus loco ⁊
ſubiecto. ⁊ ſimiliter auditus ⁊ ſic de alijs. nec plus con
cludunt rationes Ariſto. vt patet inſpicienti litteraꝫ. nul
la enim earum concludit ꝙ quilibet eorum ſenſuum ſit
in ſe vnus ſm ſpeciem ſpecialiſſimam vt pꝫ inſpicienti.
¶ Item alr̄ poteſt dici ꝙ cū ariſto. dicit. ꝙ aūt non ſit
ſenſus alius ꝑter quinqꝫ dico aūt hos. ꝙ in iſta enume
ratione non accipiunt vnūquēqꝫ iſtoꝝ ſenſuum ꝑticulari
ter pro illo qui eſt ſubiectum ſenſationis ⁊ in quo recipi
tur ſenſatio. ſed communiter pro vtroqꝫ principio ſenſa
tionis actiuo. ſ. ⁊ receptiuo. ita ꝙ ꝑ viſum intelligit prin
cipium viſiōis vtrūqꝫ nālr̄ inexn̄s. ſilr̄ aut per auditū in
telligit vtrunqꝫ principium auditōis. ⁊ ſic de ceteris. ⁊
ꝑter iſtos ſic in ſua cōītate acceptos nō eſt alius ſenſus.
Sic igit̃ ariſto. numerando qnqꝫ ſenſus cōputat tactuꝫ
pro vno non obſtāte ꝙ ip̄e eſt pl̄es formaliter ſm com
munem doctrinā ⁊ ſm cōmen. ſic nō eſt remotū vnū-
quēqꝫ illoꝝ computat pro vno q̄uis vterqꝫ diſtinguat̃
in principiū actiuum ⁊ receptiuuꝫ. Et ſi dicas ꝙ nō enu
merat niſi illos ſenſus de quibus prius determinauerat
⁊ ip̄e non determinauerat de ſenſibus actiuis. dico ꝙ
hoc eſt falſum. imo ip̄e vno ſermone generali oñderat
animam prius eſſe cām mouentem ſm omnes modoſ
motus. ex quo neceſſario conuincitur ꝙ vnicuiqꝫ ſenſui
paſſiuo corrn̄det virtus actiua ſenſationis vt prius dedu
ctum eſt. Ut igitur nulla ſit cōtradictio rōnabilr̄ dictum
eſt ꝑ vnūquenqꝫ illoꝝ ſenſuum preter quos dicit nullū
alium ſenſuum eſſe intelligat vtrunqꝫ principium ſenſa
tionis modo predicto. ¶ Siquis aūt quereret cū quili-
bet iſtorū ſenſuum quos enumerat diuidat̃ in duo prin
cipia propter qd computauit quēlibet pro vno ī enume
ratōe ſenſuum. ſilis eſt qō ſic de tactu cū ipſe ſit plures
formalr̄ quare ip̄m pro vno cōputat in illo ſermōe. Et
fortaſſis hoc pro tāto eſt q: tactus vterqꝫ eſt vnus loco
⁊ ſubo. in quacunqꝫ enī parte corporis eſt tactus cogno
ſcens calidū ⁊ frigidum in eadem parte corporis ē tact⁹
cognoſcens humidū ⁊ ſiccū. ⁊ ſic in ceteris ꝙ viſus q ē
principium viſionis actiuū in eadē parte corporis eſt cū
paſſiuo. ⁊ ſic de alijs ſuo mō. ¶ Ad aliā dubitationē di
cendū ꝙ ſenſus actiuus ē in eodē organo cū paſſiuo. ⁊
ad improbatōeꝫ huius cū dr̄ ꝙ ſic vnū ⁊ idem habebit
virtutē actiuā ⁊c. dico ꝙ duplex eſt virtus actiua q̄tuꝫ
ſpectat ad propoſitū. vna eſt q̄ eſt principiū alicuius effe
ctus eiuſdē ſpēi cū ip̄a. vt caliditas eſt principiū actiuum
caliditatis. ⁊ talis virtus actiua non eſt ſimul cū potētia
paſſiua ſibi corrn̄dente precipue cū potētia remota ab
actu. nihil vnū enim ⁊ idem hꝫ ſimul caliditatē ⁊ poten
tiā remotā ab actu receptiuā caliditatis. imo talis virt⁹
tranſmutat aliud a ſuo ſubo. Alia eſt virtus actiua que
nō eſt principiū effectus eiuſdē ſpēi cū ip̄a: ſed alterius
ſpeciei aut gn̄is. vt virtus augmentatiua eſt principium
augmentationis. ⁊ virtus motiua ſm locum eſt prinm
motus local̃. ⁊ ſic de ceteris ⁊ talis virtus actiua bn̄ ꝑt
ſimul eē in eodē ſubo cum paſſiua ⁊ conſequi eandē for
mam quā ꝯſequitur paſſiua virtus ſeu receptiā ſic vir-
tus actiua augmentationis ⁊ receptiua bene ſunt ī vno
⁊ eodem ſubiecto. ⁊ ſimiliter virtus actiua motus loca
lis in animali. ⁊ virtus receptiua huius motus bn̄ ſunt
in eadem ꝑte corporis aliquo mō. ſic aut eſt in propoſi-
to. conſtat. n. ꝙ virtus actiua ip̄ius ſentire ſeu ſenſatōis
nō eſt aliquid eiuſdē ſpeciei cum ipſa ſenſatione. qr̄ ⁊c.
ꝙ autē virtus actiua ſenſatōis ⁊ virtus receptiua ip̄ius
ſint ſimul in vno ⁊ eodē ſubiecto. hoc oꝫ etiā concedere
ſm illos q ponunt ſpēm ſenſibilē eſſe principiū actiuum
ſenſationis. ip̄i enī ponunt hmōi ſpēm ⁊ eius virtutem
actiuā ſimul eſſe cū virtute ſenſitiua in organo ipſius ſen
ſus qui recipit ſenſationē. imo quod difficilius ē ponunt
ip̄am ſpēm ⁊ eius virtutē actiuam eſſe formam ſenſus
qui recipit ſenſationem. Similiter intellectus agens cō
ceditur eſſe principium actiuum ipſius intellectionis ⁊

ſpeciei intelligibilis ⁊ tamē iſte ſimul ē in eodē ſubo cuꝫ
potentia receptiua ipſius intellectionis. ſ. in ītellectu poſ
ſibili ſicut videbit̃ in. 3. huius ſi deus voluerit. quare
nō valet iſta ratio. ¶ Ad aliam pōt dici ꝙ imo ſenſibile
eſt obiectum ſenſus actiui. ⁊ cū queritur. vtrum ſenſibi
le agat in ipſum ſenſum aut econuerſo. dicendū ꝙ ſen-
ſus actiuus agit in ip̄m ſenſibile ſed nō ſm eſſe reale ⁊
corporeū ipſius ſenſibilis. ita. ſ. ꝙ ſenſibile ſm eē reale
recipiat actionē ſenſus actiui. ſed ſm eē ſpūale quod hꝫ
in ſenſu, per ſuam ſpeciem ip̄m rep̄ntantem. ſpecies. n.
ſenſibil̃ rep̄ntans ip̄m eſt immediatum principium re-
ceptiuum ſenſationis quaꝫ perficit ſenſus actiuus. ⁊ ſic
ſenſus actiuus agit in eam ſicut in principium receptiuū
ſue⁹ operationis. huiuſmodi aūt ſpecies in ſenſu exn̄s
habet eſſe ſpirituale ſeu intentionale ipſius ſenſibilis qđ
rep̄ntat. ⁊ ita ſenſus actiuus aliqualiter dicit̃ agere ī ſen
ſibile. inquantum agit in ſenſum informatū ſpecie ſenſi
bili. ⁊ hoc eſt rationabile. q: ipſa ſpecies ſenſibilis eſt
quodāmodo actus ipſius forme ſenſibilis ſaltem tanq̄
agentis vt vult Ari. in iſto 2°. Et ē quaſi ſile argumētū.
vt ſi diceret̃ ꝙ ſi eſt intellectus agens intelligibile dꝫ eē
eius obiectum. aut ergo intellectus agens agit in ip̄m in
telligibile. aut econuerſo. non eſt dicendum ꝙ intellect⁹
agens agat in intelligibile. q: intelligibile proprie eſt qui
ditas rei. intellectus autem agens nihil agit in ipſam qui
ditatem rei vt videtur manifeſtum. nec etiā econuerſo
quiditas. n. rei non mouet intellectum agentē neqꝫ agit
in ip̄m vt etiam conceditur. Et ſi diceretur forte ꝙ ītel-
lectus agens agit in intelligibile ſm eſſe qđ habet in ani
ma inquantum agit in phātaſmata humana ſm vnā opi
nionem. vel in intellectum informatum ſpecie intelligi-
bili que eſt eſſe ſpirituale ipſius intelligibilis. ſimiliter au
tem eſt in propoſito. vt dictum eſt. Et ad confirmatio-
nem dicendum breuiter ꝙ illud idem ſenſibile quod ē
obiectum ſenſus paſſiui eſt obiectum ſenſus actiui ſm
alium modum vt viſibile eſt obiectum ſenſus actiui cu
ius eſt producere omnes viſiones. ſimiliter autem ⁊ in
alijs. ⁊ cum dicit̃ ꝙ diuerſarum virtutum non dꝫ eſſe
vnum ⁊ idem obiectum ſed diuerſa. dicendum ꝙ veꝝ
eſt de virtutibus diuerſis que non ſunt principia vnius
ſenſationis ſed diuerſaꝝ. vt eſt viſus ⁊ auditus. ſed de
diuerſis virtutibus que ſunt principia ſenſationis vni⁹
non eſt neceſſarium vt omnino habeant diuerſa ſenſibi
lia pro obiectis. nunc autem ſenſus actiuus ⁊ ſenſus paſ
ſiuus ſunt principia vnius ⁊ eiuſdem ſenſationis vt vi-
ſus actiuus ⁊ paſſiuus ſunt principia viſionis. ſimiliter
⁊ in alijs. Et eſt ſilis ratio vt ſi querat̃ an intellect⁹ agen
tis idem intelligibile ſit obiectum qđ eſt obiectum intel
lectus poſſibilis. dicendum. n. ꝙ ſic q: ambo ſunt prin-
cipia intellectionis ⁊ tamen ipſum ſenſibile non eſt obie
ctum vtriuſqꝫ ſenſus eodem modo eſt enim obiectum
ſenſus paſſiui ſicut agens in ip̄m. eſt aūt obiectū actiui
ſicut in qđ agit ſenſus actiuus modo predicto. nec eſt re
motum ꝙ ſenſus agens dicat̃ agere in ſenſibile hoc mo
do. ⁊ pro tanto quia agit in eius ſpeciem quia ipſa ſpe-
cies rei ſenſibilis eſt quidam actus proprius forme ſen
ſate dependens ab ipſa ineſſe ⁊ conſeruari ⁊ forte non
differt ſm ſpeciem ab illa forma ſenſata. vt ſpecies colo
ris non eſt diuerſa ſm ſpeciem a colore ⁊ ſic de ceteris
ſuo modo vt multi dicunt. ⁊ forte verum eſt ſed nō de
termino ad preſens de hoc. ¶ Sed dubitatur circa iſta
Utrum ſit vnus ⁊ idem ſenſus actiuus omnium ſenſa
tionum eiuſdem generis. vt viſus vnus actiuus omni
um viſionum ⁊ ſic de ceteris. ⁊ poſſet dici ꝙ ſic. ⁊ ſi di
catur ꝙ vnum agens non eſt principium immediatum
diuerſorum ſm ſpeciem. viſio autem albedinis eſt qđ
aliud ſm ſpeciem a viſione nigredinis ⁊ ſic de ceteris.
Hic dicit quidam ſociorum noſtrorum. ſ. ille q vltimo
negauit ſenſum actiuum per ſe ſenſationis. ꝙ iſtud eſt
falſum. immo omnes ſenſationes eiuſdem ſenſus ſunt
eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime. ⁊ ſi ita eſſet nulla eſſet
difficultas in ponendo eſſe vnam virtutem actiuam

illarum. ꝙ ſi dicatur cōtrarium. ſ. iſtas ſenſationes eē di
uerſas ſm ſpēm ſpālissimam. tunc poteſt dici ꝙ vnum
agens īmediatum nō efficit diuerſa ſm ſpēm ſpālissi//
mam in ſubiecto ſeu receptiuo eodez modo ꝑparato ⁊
diſpoſito. ſed in ſubiecto diuerſimode diſpoſito bn̄ pñt
facere diuerſa. nō viſus informatus ſpē albedinis eſt
aliter diſpoſitus q̄ȝ viſus informatus ſpē nigredinis. ⁊
ſilr̄ in alijs viſus aūt actiuus agit viſionem albedinis in
ſenſu preparato ſeu diſpoſito ſpē albedinis. ⁊ viſionem
nigredinis in ſenſu preparato ⁊ diſpoſito ſpē nigredinis
⁊ ſic de ceteris quod non eſt inconueniens. Si quis aūt
poneret virtutes naturales actiuas ſenſationū tot eē ſm
ſpēm ſpecialiſſimam quot ſꝫ ſpēm ſunt ſenſationes. nō
dum vidi aliquam demonſtrationem contra hoc. ſicut
enim virtutes ſpērum ſenſibilium que ab alijs ponūtur
principaliter actiua ſenſationum ponuntur eſſe diuerſa
ſm ſpēm ſpāliſſimam. ſic nōduz eſt demonſtratione re
motū virtutes naturales anime actiuas ſenſationuz ſic
multas eſſe ſm ſpēm hoc tamen eſt valde inconſuetuz
dici. ⁊ ideo cū difficultate creditur. q̄. n. cōſueuimus di
tex.cō.14. gnamur dici. vt dr̄ 2°. meta. Hec tamen fuit intētio ari.
tex.cō.41. in. 3. huius. c. de potētia motiua ſm locum. vbi dr̄ expſ
ſe ꝙ potentie anime modo quodā infinite videntur. i.
valde multe multoqꝫ plēs q̄ȝ famoſum ſit ⁊ conſuetuz
dicere eas eſſe. ſ. ſi diſtinguerentur ab inuicem ſm di/
ſtinctionem ſpecificam ſuarum operationū. nec tamen
de qualibet earum neceſſe fuit tractatum diuiſum cōſti
tuere. eo ꝙ multū propinque ⁊ ſilēs ſunt ſibi inuicem.
⁊ ſilē eſt iudiciū de earum operationibus reſpectu ſuo
rum obiectoꝝ. ſicut enī viſu diſpoſito per ſuā ſpēm viſi
bilē ſtatim aīa ꝑ ſuam nālem virtutē efficit viſionez. ſic
auditu informato ſpecie ſoni ſtatim aīa efficit ⁊ ꝓducit
auditionē ⁊ ſic de alijs. Vn̄ de ſilibus que ſunt ſubiecta
ſenſationum docuit ariſto. vno ſermone ꝙ oīs talis eſt
ſuſceptiuus ſpērū ſine mā. prius enī determinauit ani/
mam eſſe cām motiuā omnium motuum eius q ſunt ꝓ
prij animato. ⁊ per ꝯn̄s omnium ſenſationū. in quibus
euidenter hr̄ ſcia ſenſuum in cōi. ⁊ quam cālitatem hn̄t
ſuper ipm ſentire. Si igit ariſto. nō expreſſit ꝙ virtus
nālis actiua viſionis albedinis eſt alia a virtute actiua vi
ſionis nigredinis nō ſeqtur ex hoc tales virtutes nō eē
diſtinctas ab inuicē precipue q2 locus ab auctē nō tenet
negatiue. nec ē diminutus in ſua doctrina. q2 ſatiſ habet
hec veritas ex ſuis verbis vt pꝫ conſiderāti rōnes pre/
miſſas. puto tn̄ ipm iſtā virtutē intendiſſe in tertio hui⁹
in v̄bis ꝑallegatis. vbi inqt. Mō enī quodā infinite vi
dent ⁊c. exponendo vt dictū ē. Ariſto. igitur breuilo//
quus exn̄s de oībus iſtis ſe breuiter expediuit. ⁊ hoc rō
nabiliter. q2 ſicut Lincon̄. ſup li°. poſteri. modus pħoꝝ
eſt ponere verba que magis ſunt ad rē ꝑtinētia ad imi/
tationē nature q̄ nō facit pluribus inſtrumentis qđ pōt
vno. de his tn̄ oportuit nos multiplicare ſermonē pro/
pter negantes ⁊ facilitatem doctrine illoruz inl qbus de
nouo oritur pħia. ¶ Nunc reſtat ſoluere auctoritates q̄
videntur pōez iſtaz reddere improbabilem. ¶ Ad cu/
ius euidentiā accipio ꝙ ſicut cōmuniter dicitur ſup qui
tex.cō.29. tum metapħ. ⁊ 2m pħycorū duplex eſt agens ſeu effici/
ens quātū ſpectat ad ꝓpoſitū. quoddā eſt agens diſpo/
nens ⁊ ꝑparās ſubm ad receptionē actus poſtremi ſeu
cōpleti. aliud eſt agens ꝑficiens ⁊ cōplens. ſ. ꝙ in ſubie
cto ꝑparato ⁊ diſpoſito inducit actū poſtremū ⁊ vltimū
cōplementū. ⁊ iſta diuerſitas multotiens ꝯtingit in ge/
neratōibus ꝑfectionū ſeu actuum artificialiū ſicut vide
mus ꝙ in generatione forme nauis precedit actio artifi
cialis ꝑparantis ⁊ diſponentis ligna. deinde nauifactor
inducit formā nauis. aut veriori modo loquendo ipſaz
inducit de potentia ſubiecti preparati. ſimiliter in gene
ratione intentionis coloris neceſſario concurrit vnum
agens diſponens medium ad recipiendū huiuſmodi in
tentionē ſiue ſpēm. ⁊ illud eſt corpus illuminās diapha
num. ⁊ aliud ē agens cōplens ⁊ perficiens intentionez
tex.cō.69. coloris. ſ. ipſa forma coloris vt habet in iſto 2°. hec enī

diſtinctio ſatis euidenter innuit a Cōmen. 7°. pħycoꝝ.
verſus finē. cōmēto. 37°. vbi ſoluit quedā rō zenonis.
dicit. n. hec verba dicebat zeno ꝙ cū milia milij caden/
tia in terra faciunt ſonū neceſſe ē ꝙ quodlibet granuz ꝑ
ſe faciat ſonū. ⁊ ſimiliter gutte aque cadentes ſuper la/
pidem ita ꝙ faciant in eo foueam: neceſſe eſt vt vnaque
qꝫ earum operet in lapidem. q2 ſi nulla earum operat
ergo nec omnes operant. ⁊ iſte ſermo ē ſophiſticus q2
nec vna pars operat in actu ſed in potentia quēadmo/
dum vnus vir de tribus nō mouet nauem ſolus. ⁊ tn̄
cum motus eius cōiungitur cum potentia ⁊ ꝑparatiōe
perueniente a motione ſecundi. mouebit nauem neceſ/
ſario ergo vnuſquiſqꝫ de tribus largitur naui de prepa/
ratione ad moueri qđ nauis non habebat prius. ergo il
lud qđ ſecundus largitur de preparatione ē id qđ vlti/
mus motor extrahit in actū. ¶ In quibus verbis māi
feſtū eſt Cōmē. intendere ꝙ quoddā eſt mouens pre/
parans ſeu diſponens mobile ad actū intentum. ⁊ iſtud
ipſe vocat mouens in potentia ꝓ tanto. q2 eius effectus
ordinatur ſicut potentia receptiua vel ſicut ꝑparatio ad
actum poſtremū vel poſteriorē. aliud ē mouens ꝑficiēs
⁊ cōplēs qđ. ſ. inducit in ſubo iā preparato actum inten
tum. h ē vna diſtinctio māifeſta. ⁊ vera. ¶ Conſideran
dum ē vlterius ꝙ quidam antiquorum pħorum ſic ari tex.cō.51.
ſto. narrat poſuerunt aīam ſenſitiuam eē compoſitā ex
rebus ſenſibilibus ⁊ in ſe realiter habentem ſenſibilia.
q2 dixerunt ꝙ cognitio fit per aſſimilationē cognoſcētis
ad cognitum vnde ad hoc ꝙ aīa omnia ſenſibilia cogno
ſceret dicebant ipſam eē compoſitam ex oībus ſenſibi
libus ita ꝙ terra terraz cognoſcimus ⁊ igne ignez. ⁊ ſic
de alijs. Ex hoc autē ſeq̄bat ꝙ cum anima ſenſitiua ad
actum non indigeret moueri a ſenſibilibus nec aliqđ re
cipere ab eis. ⁊ ſic nullam potentiam receptiuā ſeu paſ
ſiuam habebat reſpectu ſenſibiliū. quare relinquit ꝙ ſo
lum hr̄et virtutē actiuam reſpectu ipoꝝ. ¶ Contra hos
pħs pulchre arguit ſed multū breuiter. q̄rit. n. ab eis ꝓ
pter quid ipoꝝ ſenſuum nō fit ſenſus. hoc. ſ. ſuppoſito
qđ ipſi ponebant. ſ. propter quid ipſi ſenſus non ſentiūt
ſeipos cum ipſi ſint cognoſcitiui ſenſibiliuz ⁊ hn̄t penes
ſe ſenſibilia. vnde ſubdit i exn̄te igne ⁊ terra ⁊ alijſ quo
rum eſt ſenſus ⁊c. quare ſine his que ſunt extra nō faci
unt ſenſum. i. q̄re nō faciunt ſeipſos ſentire ſine ꝑſentia
exteriorū ſenſibilium cū ſint virtutes pure actiue ⁊ non
indigeant aliqđ recipe a ſenſibilibus ſm eos. quaſi dicat
ꝙ iſta duo videntur ſequi ſi eſſet ſic ipſi dicūt. ⁊ ideo re
putat inconueniēs ꝙ ipa aīa ſenſitiua ſic habeat in ſe ſen
ſibilia actu ⁊ nullo mō ſit in potentia receptiua reſpectu
ipoꝝ. ⁊ ideo ꝯcludit. manifeſtū igit ꝙ ſenſitiuum nō ē
actu ſupple ſolum ſed potentia ad ipſa ſenſibilia vel ad
eorum ſpēs recipiendas. per hoc tamen nunq̄ȝ excludi
tur quin ipſum ſenſitiuum habeat virtutē nālem acti
uam ſenſationis modo predicto. Ex his aūt cōſideratis
pꝫ facilr̄ verus intellectus omnium auctoritatum ꝑdi
ctaruz ⁊ ꝙ nullo mō cōtradicunt illi pōni. cum. n. prio
dic ariſto. ꝙ huiuſmodi operationis ⁊c. ſine dubio ve
rum eſt actiua diſpoſitiua ⁊ preparatiua ipius ſenſus.
ſenſibile. n. preſens ſenſui generat in potentia ſuam ſpe
ciem ipm repn̄tantem qua diſponit ſenſus ad recipien
dum actum ſentiendi. ⁊ tunc ſenſu diſpoſito ⁊ ꝑparato
lʒ in ꝑcipiēdo ſpēs diuerſificent̃. ❡ Ad aliā dico ꝙ nō ē
ſil'e.q: illū ꝓuenit ex diuerſa hitudine ſenſibilis ad ſenſū
ſʒ nihil ē vt p̄us. Et iō dico ꝙ nō ē ſil'e.q: ibi nō ē vnū ⁊
idē obʒ ſicut hic. ❡ Ad aliā pōt dici ꝙ verꝝ ē ſi illa diuerſi
tas organorꝝ eſt ꝑꝑ diuerſitatē opatōis.ſʒ ſi ꝑꝑ aliaʒ cāʒ
.ſ.ꝓpter neceſſitatem aliq̄ʒ q̄ eſt i vno ⁊ nō in alio nō oʒ
Et bene nō ſolutōeʒ dubitationis quā mouet cōmen. ⁊
totā iſtā qōnē ordina ⁊ ꝑfice diligenter ⁊ habebis grāʒ a
bonis. ⁊ ēt a deo.quare ⁊c̄.

❡ Tex.cōmen.c.viii.

**❡ Hēt āt ſolutionē quādā ad hāc dubitatio nē: ⁊ ꝙ in aliis ſenſib⁹ ſūt ꝯrietates plures.**

❡ Queſtio. xxvii.

**Circa** capl'a de tactu q̄rit̃. Utꝝ tact⁹
ſit vnus ſenſus. Arguit̃ ꝙ ſic.
c q: ille ſenſus ē vnus cuius eſt vnū iſtr̄ʒ.
dicit enim Cōmen.in iſto ca°.ꝙ vnum i/ cōm. 112.
ſtrumētū non eſt niſi vnius ſenſus. Unde
dicit ſic.ſi caro eſſet inſtr̄m ſaporis nō apprēderet tangi/
bile.idē.n.ſenſus idē hʒ inſtr̄m. Ex qbus verbis videt̃
manifeſte velle ꝙ idē corp⁹ nō ē inſtr̄m diuerſorꝝ ſenſuū
Ex quo ꝯcludit ꝙ caro non ſit inſtr̄m guſtus neqʒ tact⁹
ſʒ ſolū mediū. ſʒ ipſe tactus hʒ vnū iſtr̄m vt oēs ꝯcedūt
Neruus.n.ponit̃ inſtrumētū tactus ſʒ Ari. ⁊ Cōmen. tex.2.108.
in ho ca°. ⁊ omnis pars corporis q̄ cogcoſcit calidum ⁊
fridum cognoſcit etiam humidum ⁊ ſiccum ⁊ eꝯ°. vt
manifeſtum eſt ad ſenſum ⁊ ſic vterqʒ tactus.ſ. ca.fri.
humi. ⁊ ſicci habet vnum inſtrumentum quare ⁊c.
❡ Item ſi tactus eſſet plures ſenſus tunc ſenſus eeſſent
plures ꝗ̃ qnqʒ. ſūt.n.alij q̄tuor. ⁊ ſic ſi tact⁹ eēt plus ꝗ̃
vn⁹.ſ.duo tūc eēnt ſex ſenſus ad min⁹.hoc autē vr̃ eē ꝯ
ari.dicētē.ꝙ aūt nō ſit alius ſenſus preter qnqʒ.q̄re ⁊c. tex.cō.128

¶ Itē ſi illa ſenſibilia q̃ minus conueniūt ꝑcipiunt̃ vno
ſenſu. igit̃ ⁊ illa q̃ plus cōueniunt debēt ꝑcipi vno ſenſu
hoc vr̃ manifeſtū. ſed lux ⁊ color minus ꝯueniunt q̃ʒ ca
lidum ⁊ frigidū ⁊ humidum ⁊ ſiccū. cū lux celi ſit incor
ruptibilis ⁊ color ſit corruptibilis. oēs aūt ille qualitates
tangibiles ſunt corruptibiles. ⁊ ſic magis ꝯueniunt īter
ſe q̃ʒ color ⁊ lux. ⁊ tñ color ⁊ lux cognoſcunt̃ vno ſenſu
.ſ. viſu qui eſt vnus ſenſus vt oēs ꝯcedunt. ergo multo
cōmē. 63. magis oēs q̃litates tāgibiles debēt cognoſci vnico tactu.
¶ Itē res oīum p̃dicamentoꝝ pñt cognoſci ab vna vir
tute. vtus. n. cogitatiua ꝯgnoſcit oēs ītētiones. i. formas
indiuiduales oīuʒ. x. p̃dicamētoꝝ. vt dic̃ Cōm. ī iſto 2°.
ergo multo magis oēs q̃litates tangibiles pñt cognoſci
tex.cō.108 vno tactu vt apparet. q̃re ⁊c̃. ¶ Oppoſitū vr̃ determi
nare ari. in lr̃a ⁊ expreſſius Cōm. ¶ Ad q̄ōnem cōiter
dicunt̃ duo. Primū ꝙ tactus non eſt vnus formaliter
⁊ eēntial̃r īmo plures ſenſus. 2°. ꝙ ipſe eſt vnus mal̃r.
Primū ꝓbat̃. q̄r oīs ſenſus vnus eſt cognoſcitiu⁹ vni⁹
ꝯrietatis p̄ime. ſʒ tact⁹ nō ē huiuſmōi. ergo ⁊c̃. maior pʒ
inducēdo in alijs ſenſibus. vt viſus albi ⁊ nigri. ⁊ guſt⁹
dulcis ⁊ amari. ⁊ audit⁹ grauis ⁊ acuti. Et ꝓbat cōmē.
ꝙ obm̃ vnius ſenſus dʒ eē vnū ad minus ſc̄m genus. nā
ſi nō eſſet ibi aliquod ꝑ qđ ille ſenſus poſſit eſſe vnus cū
nō ſufficiat vnitas analogie. quia ſic multi ſenſus eſſent
vnus eo ꝙ obm̃ vnius haberet analogiā ad obm̃ alteri
us. dʒ eē ergo vnus ſc̄m genus. ſed vnius generis ē vna
tex.cō.50. p̄ma ꝯrietas. vt pʒ ex primo phy. ergo vnus ſenſus eſt
vnius prime ꝯrietatis. minor apparet. nā tactus eſt co
gnoſcitiuus calidi ⁊ frigidi. humidi ⁊ ſicci. Inter hec āt
ſunt plures prime ꝯrietates. q̃rū vna non reducit̃ ad ali
am. q̃litates enī actiue. ſ. caliditas ⁊ frigiditas non redu
cuntur ad paſſiuas ſicut ad eas q̃ in eis virtual̃r ꝯtinent̃
vt durū reducit̃ ad ſiccū ⁊ molle ad humiduʒ nec paſſi
ue ad actiuas. ⁊ ſic iſte ꝯrietates non poſſunt eſſe vnius
generis ꝓpinq. q̃re ⁊c̃. Et ſiqs obijceret ꝙ etiā alij ſen
ſus cōprhēdūt plures ꝯrietates. vt auditus acutū ⁊ gra
ue ⁊ magnitudinem ⁊ paruitatem vocis. ⁊ tamen audi
vt ſupra. tus eſt vnus. quare ⁊c. ¶ Ad hoc rñdet ariſto. ꝙ nō ē
ſimile. q̄r q̄uis auditus cognoſcat plures dr̃ias. tamē ē
vnū obm̃ eius in quo cōueniunt. ſ. ſonus. ſed ſic non eſt
manifeſtū q̄d ſit vnū obm̃ abſolutū tact⁹. tāgibile. n. qđ
eſt q̄d cōe ad oīa q̃ tactu cognoſcunt̃ nō ē q̄d vnum ab
ſolutū ſed reſpectiuū. ⁊ iō non eſt ſufficiens ad hoc ꝙ ta
ctus iudicetur vnus formaliter. Cum enim ſenſibile ſit
obiectum cuiuſlibet particularis ſenſus. ſimiliter poſſet
dici ꝙ omnes ſunt vnus ſenſus. quod non eſt verum.
cōmē.108. ¶ Et ſiqs diceret ꝙ cōe obiectū tactus abſolutū ē q̃le.
hoc remouet Cōmen. q̄r q̃le nō dicit̃ vniuoce de iſtis q̃
litatibus ſupple vniuocatōe ſufficiente ad vnitatē ſenſus
q̄r q̃le ⁊ q̃litas eſt q̄d cōe ad oīa oba ſenſuū p̄oꝝ. q̄r ⁊c̃.
Et hec q̄dē rō eſt ariſto. ⁊ Cōmen. ¶ Cōſiderādū āt ꝙ
vt mihi vr̃ ariſto. nō vtit̃ iſta rōne tanq̄ʒ demōſtratiua
ſʒ vt ꝓbabili ⁊ diſputatiua. loq̄t̃. n. ꝯ quoſdā q̄ dixerūt
ipſum tactū eſſe vnū ꝓpter hoc ꝙ hʒ vnū iſtr̃m. ſ. car
nē ſc̄m eos. qđ ꝓbāt q̄r tangibile poſitū ſ carnē ſtatī ſen
titur. qđ nō eēt ſi caro non eſſet organū tactus. ¶ Poſi
ta ergo rōne p̃dicta remouet ari. iſtā eoꝝ rōnem ⁊ dicit.
ꝙ ipſum ſenſibile ſentiri ſtatī cū ponit̃ ſupra carnē nō ē
bonū ſignū ad ꝓbādū carnē eē organū tactus. q̄r ſiqs ex
tenderet imeneʒ. i. pelliculā ſubtilē ſupra corpus aīalis
tunc ſtatī ſentire poterit tangibile poſitū ſupra illā. ⁊ tñ
ꝯſtat ꝙ huiuſmōi pellicula nō erit organū tactus. ⁊ iō ñ
valet rō. ¶ Itē ari. arguit ꝯ eos rōe ſumpta ex tactu q̄ ē
in lingua. Si. n. tactus ꝯuinceret̃ ſufficienter eſſe vnus
ex vnitate carnis. vt illi dicebāt tūc cū in carne lingue nō
ſolum eſſet tactus. ſʒ ēt guſtus ꝯcluderet̃ ſil̃r ꝙ guſtus
eſſet vnus ⁊ idē ſenſus cū tactu. qđ tñ falſuʒ eſt. Unde
manifeſtū ē ꝙ illa non eſt rō ſufficiens ad ꝓbādū tactū
eē vnū formaliter. Cū igr̃ ipſi nō ponerēt tactū eē vnuʒ
ꝑꝑ aliud ſequit̃ ꝙ ipſi nō habēt ipſum ponere vnū imo
ſc̄m eos demonſtraret̃ ꝙ nō ſit vn⁹. argueret̃. n. ſic. ſi ta
ctus eſſet vnus hoc eēt ꝑꝑ vnitatē carnis. hec hr̃ ab eis.
ſʒ tactus nō pōt iudicari vnus ex vnitate carnis. ⁊ ꝓba
tū ē. ⁊ ſic ari. arguit ꝯ eos. vnde mihi vr̃ ꝙ Ari. ī toto il
lo ꝓblemate an tactus ſit vnus aut plures. nō determi
nat quid ſit tenendum. ſed diſputatiue ꝓcedit. vt pʒ in
ſpicienti. cōmen. tñ vr̃ exp̄ſſe determinare tactū nō eſſe
vnū formal̃r. ⁊ hoc ēt tenet doctrina cōis. Tūc dico vt
cōiter ponitur ꝙ tactus ē vnus mal̃r. q̄r ſenſus qui eſt ī
vno organo ⁊ ſubo vr̃ eē vnus mal̃r. organū. n. ſeu ſubʒ
ſenſus ē eius mā in q̃ vt manifeſtū ē. nc̄ āt tactus ē ī ſubo
vno. Queeūq̄ʒ. n. ps corporis ſentit calidū ⁊ frigidū ſi
ue illa ſit neruus ſiue aliq̄d aliud illa eadē ſentit hūidū ⁊
ſiccū ⁊ eꝯ°. ⁊ ſic ille tactus q̄ ē cognoſcitiuus calidi ⁊ fri
gidi nō hʒ aliud organū ſibi ſubſiſtens ab illo q̄ eſt hūidi
⁊ ſicci ⁊ eꝯ°. ſecus āt dr̃ eē in alijs ſenſibus. Nā aliđ dr̃
eſſe ſubʒ viſus ⁊ aliud audit⁹ ⁊ aliud odoratus. Et ſil̃r
neru⁹ q̄ eſt in lingua ē ſubʒ guſtus q̄uis forte idē ſit orga
nū tact⁹. tū nō oīs neru⁹ q̄ eſt ſubʒ tact⁹ ē ſubʒ guſt⁹. ⁊
iō ari. dic̃ nūc āt duo ſt ꝑꝑ qđ illud nō ꝯuertit̃. Et forte
neru⁹ q̄ ē ſubʒ guſt⁹ ſʒ aliā ꝓportiōeʒ magiſ ſubijcit̃ gu
ſtui q̃ʒ tactui. ſicut lʒ vnū ⁊ idē corp⁹ ſit odorifeꝝ ⁊ ſapo
roſū tñ ſʒ aliā ⁊ aliā ꝓportōeʒ ſbijcit̃ odori ⁊ ſapori. vt
hʒ videri ī de ſenſu ⁊ ſenſato. ¶ Ad p̄mā rōnē cū dr̃. ille
ſenſus ē vnus ⁊c̃. illa pōt negari. cū ꝓbat̃ ꝑ Cōm. dicē
dum ꝙ ipſe loq̄t̃ ibi ꝯ illos q̄ ponebāt tactū eē vnū. ipſi
. n. habuerūt hoc ꝯcedere ꝙ vnū inſtr̃m nō ē niſi vnius
ſenſus. īmo ſuꝑ hoc ſuſtētabāt̃ ad ꝓbādū vnitatē tact⁹
q̃re nō valet. ¶ Aliter dicūt aliq̄ ꝙ ſi hʒ vnū iſtr̃m mal̃r
⁊ formal̃r bene ē vnus ſenſus. mō tact⁹ calidi ⁊ frigidi
⁊ tactus hūidi ⁊ ſicci q̄uis hēat organū mal̃r vnū. vnus
. n. ⁊ idē neru⁹ ꝯtinuus ⁊ ꝑ totū eſt ſubm amboꝝ tñ ſʒ
aliam ꝓportionē eſt ſubm vnius. ⁊ alterius iſtoꝝ ⁊ ſic
ē formal̃r diuerſus. ⁊ iſtud vr̃ ſatis rōnabile. Cū. n. oīs
ſenſus ꝯſiſtat in aliqua ꝓportione aliq̄rū q̃litatū. vt dicit
Ari. in lr̃a manifeſtū ē ꝙ alius ⁊ alius ſenſus formal̃r re tex.cō.118
quirit ꝓportionē aliā ⁊ aliaʒ formal̃r. Poſſumus ergo
imaginari ꝙ vnus ⁊ idē neruus hʒ in ſe ꝯplexionē ī qua
ſunt caliditas ⁊ frigidtas ſʒ aliquā ꝓportionē. ⁊ ſic ī ipa
fundat̃ tactus cognoſcitiuus calidi ⁊ frigidi ⁊ alioꝝ tāgi
biliū q̃ reducunt̃ ad iſta. ⁊ in eadā ꝯplexione eſt humi
tas ⁊ ſiccitas ſc̄m aliā proportionem. ⁊ ſic ſc̄m hoc ē ſubʒ
tactus cognoſcitiui humidi ⁊ ſicci ⁊ aliorum tangibilium
que reducuntur ad humidum ⁊ ſiccum. ⁊ ſic ad illud.
¶ Ad aliam cum dicitur ꝙ tunc ſenſus ⁊c̃. dicenduʒ ꝙ
ſic̃ prius dicebatur in queſtione de ſenſu agente. ſenſus
non debent intelligi eſſe quinque ſic ꝙ vnuſquiſque eo
rum ſit vnus ſecundum ſpeciem. ſed vnuſquiſque eo
rum eſt vnus in ſe aliquo modo ſcilicet materialiter ⁊
ſubiue. ita tamen ꝙ per illos. 5. ſenſus quos enumerat
intelligit omnia principia propinqua ſenſationum parti
cularium. ¶ Uel dicendum ꝙ non eſt intentio Ariſtot.
ꝙ preciſe ſint. 5. ſenſus niſi ſenſu tactus computato pro
vno. Et ſimiliter dico ꝙ non eſt intentio eius ꝙ ſolum
ſint. 5. ſenſus niſi viſus computetur pro vno. ⁊ auditus
pro vno q̄uis ſint eſſentialiter plures. ſicut computat vi
ſum pro vno. q̄uis diſtinctus ſit formaliter in illum qui
eſt viſionis actiuus. ⁊ illum qui eſt viſionis receptiuus.
⁊ ſic de ceteris. ¶ Ad aliam poteſt dici ꝙ aliqua ſenſibi
lia magis conuenire ad inuicem hoc dici poteſt dupli
ter. Uno modo quantum ad ſuas naturas. Alio modo
quantum ad immutatiōem ſenſus ⁊ medij. Et ſi primo
modo magis conueniunt quedaʒ ſenſibilia q̃ʒ alia. ⁊ nō
ſecūdo modo non eſt neceſſe ꝙ pertineant ad vnum ſen
ſum. Modo dico ꝙ qualitates tangibiles magis conue
niunt adinuicem ſecundum ſuas naturas q̃ʒ lux ⁊ color.
ſicut probatur. tamen lux ⁊ color magis conueniunt q̃ʒ
tum ad immutationem medij ⁊ ſenſus qđ ſic patet. naʒ
color non poteſt immutare ſenſum aut medium niſi diſ
poſita ſint lumine. vt dictum eſt prius. ſed calidum ⁊
frigidum non requirunt humidum ⁊ ſiccum tanquam
diſpoſitiones per ſe neceſſarias ad recipiendum immu
tationes ab eis nec econuerſo. ⁊ ſic color ⁊ lux magis
conueniunt quantum ad immutationeʒ medij ⁊ ſenſus

q̄ dicte q̄litates tangibiles. q̄re ⁊c̄. ¶ Uex eſt tn̄ ꝙ aliq volunt aliter dicere. ſ. ꝙ colo⁊ ⁊ lux ſm̄ ſuas nās magis ꝯueniūt adinuicē q̄ oēs iſte q̄litates tāgibiles. q⁊ ipſe colo⁊ ē idē eēntialr̄ cū luce ⁊ drn̄t ſolū ſʒ accn̄talē diſpōnē. colo⁊ enī eſt actus diaphani terminati. lux aūt eſt actus diaphani intermīati. vt dicit cōmē. in iſto 2°. Un̄ imaginant̄ iſti ꝙ colo⁊ p⁊op⁊ie dictus iſto⁊ inferio⁊ co⁊poruʒ mixto⁊ū ē eēntialr̄ idē cū luīe. iō nō valet illa rō. Sʒ iſtud nō vr̄ bene rōabile. cū. n. lumē ſit eiuſdē ſpēi ſpālıſſime vt oēs ꝯcedunt. ſi cuilibet colo⁊ eſſet eſſentialiter ipſa lux ſeq̄ret̄ ꝙ oēs colo⁊es eſſent eiuſdē ſpēi ſpāliſſime. qđ ē abſurdū. Et cōfirmat̄. q⁊ ſi albedo eſſet eſſentialiter ipſa lux. ⁊ ſilr̄ rubedo lux q̄dam q̄ro vtrū in eſſentia ⁊ quiditate albedinis includat̄ aliquid aliud a luce aut nihil. ⁊ ſimiliter in eſſentia rubedis. ſi nihil tūc ſequit̄ ꝙ cū lux nō ſit niſi vnius ſpēi ꝙ albedo ⁊ rubedo ſʒ ſuas eſſentias ꝑp⁊ias ſūt eiuſdem ſpeciei. Si āt preter lucē aliquid aliud ſit de eſſentia rubedis qđ diſtiguat eā ab albedīe ⁊ ecꝯ°. ſequit̄ ꝙ rubedo eſt q̄dam eſſentia compoſita ex diuerſis rebus eſſentialr̄. qđ ē abſurdum ſʒ oēs. ⁊ iō nō valet iſta rō. ¶ Ad aliam rōnē p⁊incipalē ꝯcedo ꝙ vna potentia cognoſcit res oīum. x. p⁊edicamento⁊ū indiuiduealiter tm̄. ſed illa nō ē ſenſus particularis ⁊ exterior ſʒ vt⁹ interio⁊ comp⁊ehēſiua de intus ⁊ ſuperio⁊ ſm̄ o⁊dinē dignitatis oībus ſenſibus ꝑticularibus. ſ. v̄tus cogitatiua

tex. cō. 20. q̄ eſt ꝓp⁊ia hoī. vt dicit cō. in 3°. huius ⁊ iſta v̄tus ē aliq̄ rō vt ipſe dicit. Si g° dicat̄. minus vr̄ ꝙ vna potētia cognoſceret res oīum p̄dicamento⁊ q̄ res vnius gn̄is verū ē de potētia q̄ eſt ſenſus particularis ⁊ exterio⁊ ⁊ cōis oīb⁹ aīalibus aut multis. ſʒ de potētia interio⁊i ⁊ cōi ⁊ q̄ ē ꝓp⁊ia hoī nō minus vr̄ ipſā poſſe cognoſcere res oīuʒ p̄dicamēto⁊ q̄ ꝙ ſenſus ꝑticularis vn⁹ formalr̄ cognoſcat plēs p̄mas ꝯ⁊ietates. ⁊ ſic ꝯtingit in ꝓpoſito qr̄ ⁊c̄.

¶ Tex. cōm. c. xiiii.

¶ Utrū igr̄ oīuʒ ſit ſimiliter ſenſus. an aliorū aliter ſicut nunc uidetur quidā uiſus ⁊ tact⁹ tangendo.

## Q̄ō. xxviii.

**Ueritur** Utruʒ tactus indigeat medio extrinſeco. Et arguit̄ p⁊imo ꝙ nō. q⁊ ſi ſic tactus nō eſſet tactus. qđ eſt abſurduʒ. ꝓbat̄ ꝯn̄a. q⁊ tactus p⁊o tanto dr̄ eſſe tactus q⁊ cognoſcit ſuū ſenſibile tāgendo. vt vr̄ māifeſtū. nūc ſi neceſſario indigeret medio extrinſeco interpoſito inter

tex. cō. 12. ipſum ⁊ ſuū ſenſibile tūc nō ſentiret tangēdo. tangētia. n. ſunt quo⁊ nō eſt mediū. vt hr̄. 5. phy. ¶ Item ſi tact⁹ indigeret medio extrinſeco tūc tangibile poſitū ſup⁊a car

tex. cō. 109 nē nō faceret tactū. ⁊ oppoſitū plane vult Ari. in lr̄a. poſita āt ſup carnē ſentiūt. ergo ⁊c̄. ¶ Itē ſi ſic vnus ſenſus indigeret pluribus medijs. Quilibet. n. tactus indiget carne vt medio extrinſeco in ſentiendo. vt pʒ ex lr̄a. Si ergo indigeret medio extrinſeco cū illud nō ſit caro. tūc

tex. cō. 114 vnus ſenſus indigeret ſil' medijs plurib⁹ ⁊ diuerſis. qđ nō vr̄ ve⁊. ¶ Oppoſitū vr̄ velle Ari. in lr̄a. ⁊ ſilr̄ Cōm. ¶ Ad q̄ōnē intelligendū ꝑꝑ iunio⁊es ꝙ mediū extrinſecū ē illud quod eſt ꝑs aīalis. vt aq̄ aut aer aut huiuſmōi mediū āt intrinſecū ē illud ꝙ eſt ꝑs aīalis ⁊ mediāte ipō ſenſibile mouet ſenſuʒ. ¶ Tūc ad q̄ōem vr̄ Ari. dicere ꝙ tactus ſēper in ſentiendo hʒ mediū extrinſecū vt aerē aut aquā. ¶ Ad cuius ꝓbationē ſupponēda ſunt aliq̄. p̄mo ꝙ nunq̄ duo co⁊po⁊a ſe tāgūt iter q̄ duo ē aliqđ co⁊

tex. cō. 113. pus mediū. ⁊ hoc ſatis māifeſtū ē. ⁊ h° ari. vr̄ ꝯfirmat̄ in lr̄a. q⁊ co⁊pus eſt trina dimenſio vel trina magnitudo. ſ. p⁊ofunditas. ⁊ ſic inter q̄cūq̄ duo co⁊po⁊a eſt co⁊pus mediū inter illa eſt magnitudo ⁊ diſtantia. ⁊ talia nō ſe tāgūt. Tāgētia. n. ſunt inter q̄ nō ē aliqđ mediū neq̄ plenū neqʒ vacuū. vt hr̄ in. 5. phyco⁊. 2°. ſupponēdū ē ꝙ inter duo co⁊po⁊a exn̄tia in aq̄ neceſſe ē eē co⁊pus intermediū. ſ. aquā. qđ ꝓbat̄. q⁊ q̄tūcūqʒ duo co⁊po⁊a ſibi inuicē approp̄iquāt̄ in aqua tn̄ extrema eo⁊ nō ſūt ſicca imo hūida. humectū āt nō ē aliqđ ſine aq̄ vl' aere. vn̄ neceſſe eſt inter duo co⁊ꝑa exn̄tia in aq̄ eē aquā itermediā. niſi diceret̄ ꝙ extrema eo⁊ eſſent ſicca. qđ ē abſurdū. ⁊ ſic vr̄ ꝙ inter duo co⁊po⁊a exn̄tia in aq̄ ſit neceſſario aq̄ vt co⁊pus mediū. Silr̄ ē intelligēdū de co⁊po⁊ib⁹ exn̄tibus iaere. nā ſic ſe hʒ aer ad ea q̄ ſt̄ i aere ſicut aq̄ ad ea q̄ ſūt in aqua. Ex q̄bus ſeq̄t̄ ꝙ ipoſſe ē duo co⁊po⁊a ſe tāgere in aere vel in aq̄ ſʒ p̄mā ſuppōeʒ. Tūc dicet̄ ad. q. ꝙ tactus indiget medio extrinſeco. ita. ſ. ꝙ inter tangibile ⁊ tangens ē mediū extrinſecū qđ ſic ꝓbat̄. ſi inter tangibile ⁊ tangens nullū eēt mediū extrinſecū tūc duo co⁊po⁊a poſſent ſe inuicē tangere in aere vel in aq̄. ſ. co⁊pus qđ tangit̄ ⁊ co⁊pus tangēs. hoc āt ē ipoſſe. vt oſtēſum ē ergo ⁊c̄. Et hāc rōnē poſuit ari. in lr̄a. Cōſideranduʒ āt ꝙ ipſe ari. vr̄ adducere iſtā rōnē per modum dubitationis ⁊ nō ꝑ modū demr̄atiōis. ſic. n. loq̄t̄. Dubitabit āt aliq̄s ſi oē co⁊pus ꝓfundū hʒ. ⁊c̄. Unde dicūt aliq̄ nū q̄ fuiſſe itētionē ph̄i ꝙ ſemꝑ ad tāgēdū ꝯcurrat mediū extrinſecū. hn̄t. n. ꝓ mirabili imo ꝓ impoſſi ꝙ aq̄ aut lapis aut lignū nō poſſint ſeinuicē tāgere i aere aut in aqua Sʒ idubitanter lʒ i p̄ncipio illi⁹ ꝑtis ari. inducat rōnē q̄ſi dubitādo. tn̄ in ꝑte ſeq̄nte vbi remouet drīaʒ quā aliqui aſſignabāt iter tactū ⁊ alios ſenſus vī iſtā ꝯclōnē affirmare. dicebāt āt aliq̄ ꝙ ſenſus tactus ſentit ſua ſenſibilia tangendo. alij v̄o nō. Et ari. dic̄. hoc āt nō ē. ſʒ du⁊ ⁊ molle ꝑ altera ſentimus. vn̄ plāe oñdit ꝙ tactus hʒ mediū extrinſecū. Illud tn̄ mediū mltū latet ꝑꝑ ꝑuitatē. ita. ꝙ tāgibile multū ꝓpinquū ē tāgenti. in alijs v̄o ſenſib⁹ noti⁹ ē ⁊ manifeſtius. ⁊ cōm. ſilr̄ affirmat ad tactū cōcurrere mediū extrinſecū ⁊ ſoluit obiectionē quādā ꝯ̄ hoc vt videbit̄. ij. Cōſiderādū eſt ēt ꝙ ſi tactus indiget medio extrinſeco ita ꝙ ſemꝑ ſit aliqđ mediū extrinſecū inter tāgibile ⁊ tāgens. tn̄ eſt drīa inter tactū ⁊ alios ſenſus ſentiētes ꝑ mediū extraneū. q⁊ ſʒ ari. in lr̄a. extrinſeca media alio⁊ ſenſuū p̄us mouēt̄ ſenſibilib⁹. ⁊ ipſa mota mouēt nos. Tangibilia v̄o nō ſentim⁹ moueri a medio extrinſeco. nec ipſū mediū extrinſecū p̄us imutat̄ a tāgibilibus q̄ tactus. ſed ſimul. Et exēplificat. vt ſiq̄s percutiat̄ mediante clypeo ſimul percutitur clypeus ⁊c̄. Et cōmen. optime exponit dicens. ꝙ debes intelligere ꝑ ſil' nō ꝙ ī eodē tꝑe patiat̄ mediū a tāgibilibus ⁊ ipſe ſenſus tact⁹. ⁊ in alijs ſenſibus in duobus tꝑibus. viſus. n. ⁊ mediuʒ alterant̄ in iſtanti ⁊ in eodē tꝑe. ſed in alijs ſenſibus mediū p̄us cālr̄ imutat̄ q̄ ſenſus. ⁊ ē cā imutatōis eius. in tactu v̄o mediū nō p̄us cāliter imutat̄ a tāgibili q̄ tact⁹ imo mediū vt dic̄ Cōm. nihil facit i hoc. ſʒ ē aliqđ accn̄s ex necitate. ⁊ nō ꝓp⁊ie ⁊ ꝑ ſe ē cā nr̄e imutationis. ſicut clypeus nō ē neceſſarius ſimplr̄ in actiōe percuſſiōis ita ꝙ ſit cā p⁊opinq̄ ꝑ ſe ⁊ percutiens lʒ ſit cā remota. ¶ Si enī nō eēt clypeus nō minus fieret ꝑcuſſio imo melius. Et poſt modicū ꝯcludit. Cō. ꝑ ſil' igit̄ debem⁹ itelligere p̄uatōeʒ p̄o⁊itatis ⁊ poſterio⁊ita. i cā n̄ i tꝑe. Ex q̄b⁹ oīb⁹ vr̄ eē intentio Cōmen. ⁊ Ari. ꝙ illud mediū extrinſecū non ſit cā p⁊opinqua imutatiōis noſtre in tactu ſicut medium in alijs eſt cauſa p⁊opinqua immutationis ſenſus. ¶ Circa dicta ſunt due diffi. bone. P⁊ia eſt quā mouet Cō. nam ſi tactus neceſſario indigeret medio extrinſeco. tūc nos non poſſemus cognoſcere ꝑ tactū aerē circa nos exn̄tē. ⁊ aīalia exiſtētia in aq̄ nō poterūt tāger̄ aquā. qđ ē abſurdū ⁊ ꝯ̄ ſenſū. Expolia. n. in hyeme co⁊pus tuum ad aerē ⁊ bn̄ ꝑcipies aerē. ⁊ ꝯn̄a pʒ. nā inter ipm̄ aerē ⁊ co⁊pus nr̄ʒ nullū ē mediū extrīſecū. vt manifeſtū ē. imo ipe imediate nos tangit. q̄re. ¶ Aliud dubium ē ꝯ̄ illam drīaʒ q̄ dcm̄ ē ꝙ mediū extrinſecū in tactu nō ē cā imutationis nr̄e a tāgibilibus. Sʒ ꝯ̄ mouēs ꝓpinquū ē cā imutatōis ipſius. hoc ē māifeſtū. ſed ipʒ mediū extrīſecū eſt ibi mouēs ꝓpinquū qđ imutat cārnē. ꝓbō q⁊ mouēs immediatū aut ē ipʒ tāgibile aut ē ipʒ mediū. nō ē dōm ꝙ tāgibile. q⁊ mouēs ꝓpinquū ⁊ imediatū dʒ eē ſil' cū eo qđ mouet̄. ſic ꝙ eo⁊ nō ſit medium neqʒ plenum neqʒ vacuū. vt oñſum ē. 7. phy. Cuʒ igit̄ ipſum tangibile nō ſit ſil' cuʒ carne. vt tu ponis. ſed ē mediū extrinſecū. ergo tangibile nō ē mouēs immediatū. aut ergo ibi nullum

eſt mouens imediatū.quod eſt incōueniēs.aut dr̄e ꝙ il
lud mediū ſit mouens ꝓpinquū.⁊ ſic ſequitur ꝙ ſit cā i
mutationis carnis a tāgibili cuius oppoſitum dicebatur.
¶Ad primū dr̄t aliqui ꝙ bene cōcludit ꝙ tactus nō oīa
tangibilia ſentit mediante medio extrinſeco.ſed ſolū que
dā tangibilia.ſ.ſolida que nō pñt imediate tangere car/
nē.ſed aer aut aq̄ que bñ poſſunt imediate tāgere carnē
bñ poſſunt ſentiri ſine medio extrinſeco ⁊ hoc vr̄.innuer̄
pħs in littera cū dicit ꝙ durꝝ ⁊ molle per altera ſentim⁹.
⁊ nō dicit vl'r ꝙ oē tangibile ſentiat̄ per mediū extrinſe/
cū.Et de talibus corporib⁹ ſolidis aliquātulū immixtis
duris aut mollibus procedit rō Arꝝ.ꝙ duo corpora non
pñt ſe tangere in aere ⁊ in aqua.⁊ ſic expediūt ſe q̄ztū ad
hoc.Bene ergo verū eſt ꝙ inter tactū ⁊ alios ſenſus nō
eſt talis dr̄ia quā aliqui putauerunt.ſ.ꝙ tactus oīa ſenſi/
bilia ſentiat tāgendo ⁊ nulla per mediū extrinſecū. imo
durꝝ ⁊ molle per altera ſentimus.i.per media extranea.
ſed non propter hoc vl'r dicere ꝙ omne tangibile ſen/
tiat̄ per mediū extraneū.⁊ hoc vr̄ ſatis tolerabile ſm
Ari.⁊ albertus ſic intelligere vī.cōcedit enim aerē ⁊ aq̄z
ſentiri tactu ab aīalib⁹ que ſunt in illis.¶Aliter tñ rñdet
cōmen.auer.tenēdo ꝙ nullū tangibile ſentitur tactu niſi
ſit ibi aliquod mediū extrinſecū.¶Ad cuius euidentiaꝫ
accipit Cōmen.ꝙ aīal viuens nāliter in aere nō ſentit ali
quā qualitatem ipſius aeris cū ipē aer eſt in diſpoſitione
⁊ ſimplicitate naturali quā dꝫ hr̄e ſm ꝙ eſt locus natura
lis aīalis.⁊ ſimiliter aīal viuens in aqua non ſentit aquā
q̄zdiu eſt in ſua ſimplicitate quā dꝫ habere ſm ꝙ eſt lo/
cus illius.Et hoc probat cōmē.ſatis ſubtiliter. prīo quia
ſenſibile vt dicit eſt contrariū nobis ante paſſionē. Et lo/
quitur de ſenſibili tactus.⁊ hoc hr̄ ab Ariſ.prius vbi di/
tex.cō. 118 cit ꝙ ſimiliter calidum ſicut nos ſumus calidi.⁊ ſimiliter
frigidū vt nos ſumus frigidi non ſentimus. ſed ſm ex/
cellentias extremorꝝ.Ex quo patet ꝙ nunq̄z aliquod tan
gibile ſentitur a nobis niſi habeat aliquā contrarietatē ad
nos. nunc aūt ipſe aer q̄zdiu eſt in ipſa diſpoſitione natu
raliſſima quā dꝫ habere ſm ꝙ locus naturalis eſt nullaꝫ
habet cōtrarietatē qualitatū tangibiliū ad nos.imo eſt ſi/
milis nobis.q̄ꝛ locus naturalis eſt ſimilis locato.vt dcla/
ratū eſt in ſermonibus vniuerſalibus. Unde concludit
Cōm.ꝙ aīal non ſentit calorem neq̄z frigus in aere nec i
aqua niſi qñ cū eis commiſcēt̄ corpora calida aut frigida
⁊ illa ſunt diuerſa ab aere ⁊ aqua.⁊ tunc totū illud com
mixtū vel coniunctū ſentitur mediante aere naturali quē
admodū ēt alia tangibilia.Quod autem aer naturalis vt
eſt locus naturalis non habeat qualitatē cōtrariā qualita
tibus animaliū cuius eſt locus hoc probat q̄ꝛ ſi aer ⁊ aq̄
continentes aīalia haberent contrariam qualitatē tūc im
pedirent comprehēſionem qualitatū contrariaꝝ ab aīali
bus.quā conſequentiā ipſe non declarat.ſed forte ſic pꝫ
ſicut ſi aliquod medium in videndo haberet colorem cō
trarium colori alicuius viſibilis impediret coloris illi⁹ cō
prehenſionem.vnde cū aliquod albū videretur mediā/
te vitro rubeo videretur eſſe rubeū.⁊ ſimiliter in alijs
huiuſmodi.Concludit autem vlterius Cōmen.ꝙ ꝓpt
hoc quod dictū eſt non eſt opinandum aquam calefieri
dum fuerit aqua pura neq̄z aerem infrigidari dum ē aer
purus.ſed hoc accidit propter corpora admixta cū eis ca
lida aut frigida.Et hoc ſic intelligo ꝙ aqua pura.ſ.illa pu
ritate quā dꝫ habere ſꝫ ꝙ eſt locus alicuius animal' non
calefit caliditate cognoſcibili per tactū illi⁹ animalis.⁊ ſil'r
aer purus.ſ.illa puritate quā debet habere ſꝫ ꝙ ē locus
naturalis non infrigidatur frigiditate ſenſibili proprie a
tactu illius animalis .ſed ſi contingat aeri talis infrigida/
tio hoc eſt per admixtionē corporū frigidorꝝ vel per ad/
mixtionē vel preſentiam corporalē vt cū vapores frigidi
⁊ humidi includuntur in aere vel per admixtionem vir
tualem :ſicut cum aliqua conſtellatio vel configuratio ce
leſtis infrigidat aerem.¶Utrū aūt aqua pura ſimplicit̄
in loco ſuo exiſtens manens pura aqua ſine alia ſubſtan/
tia cōiuncta poſſet calefieri.aut aer purus ſimpliciter in
ſuo proprio ⁊ naturali loco poſſet infrigidari bona ē du/
bitatio.ſed de hoc nihil ad ꝓpoſitū.ſufficit autē hoc ſic in
telligere.Cōmē.vt dictū eſt.⁊ forte ſic ipſum intelligen/
do faciliter ſoluentur quedā obiectiones quas aliqui lati
norum induxerunt ꝯ eum q̄s propter breuitatē omitto
ad pñs.Imaginabatur enim com.vt credo ꝙ aer dum
eſt locus naturalis animalis habet qualitates tangibiles
adeo conuenientes animali cuius eſt locus naturalis. ꝙ
non ſentit eas.⁊ hoc experimur ſenſibiliter q̄i.Non eni
dicimus nos ſentire aerem per tactum cum aer eſt i de/
bita temperantia.Si autem alia corpora ſcilicet aqua ⁊
terra ſint ipſi aeri vaporabiliter admixta ⁊ ipſum aerem
reddant calidum vel frigidum excellenter hoc accidit ei
ſm ꝙ eſt locus animalis.⁊ tunc inter illum aerem ſic cō
mixtū vel alteratū ⁊ ipm̄ aīalis corpus intercipitur aer
nālis.qui tñ ꝓpter ſue quantitatis paruitatē excellenteꝫ
latet nos.ideo putamus tāgendo nos ſentire ⁊ nihil eſſe
medium.⁊ ſic de primo dubio.¶Ad aliud mihi videt̄
ſatis difficile cum parum aut nihil exquiſitum ſit de ei⁹
ſolutione.dici tñ pōt ꝙ illud mediuꝫ extrinſecum quod
eſt inter tangibile ⁊ corpus animalis non eſt per ſe neceſ
ſaria cā immutationis tactus a tangibili ita.ſ.ꝙ ſine ipſo
nō poſſet fieri imutatio ſi abeſſet imo ſine huiuſmōi me
dio ipm̄ tāgibile imutaret ſicut forte ꝑcutiēs mediāte cly
peo bñ ꝑcuteret remoto clypeo.illud tñ mediuꝫ ꝯcurrit
ad tactū ex neceſſitate corporꝝ tangentiū quorꝝ extrema
nō pñt euadere qn eq̄liter humectentur in aq̄ ⁊ i aere ⁊
qm̄ eorꝝ ſuꝑficiebus aliq̄liter adhereat aliq̄ ꝑticula aeris
aut aque.Sed ſi poſſet contingere ꝙ ibi nō eēt tale me/
diū nō minus durū aut molle faceret ſuā ſpēm in tactu
mediante carne imo meli⁹.Eꝯ°.aūt de medio reſpectu
viſus q̄ꝛ ſi nō eēt aer aut aq̄ iter colorē ⁊ viſū nequaq̄z i/
mutaret̄ viſus.hoc vr̄ ſentire ari.⁊ Cōm.cum dicit ꝙ
illud mediū ibi nihil facit neq̄z cālr̄ ꝑ ſe ſe hꝫ ad imutati/
onem tactus.¶Ad formā igr̄ rōnis.cū dr̄ mouēs pro/
quiquū ⁊c̄.verꝝ ē ſi ſit mouēs ꝑ ſe ⁊ ſine q̄ motor remo
tus mouere nō pōt.ſꝫ ſi ſit mouēs ꝓpinquū ſolū ꝑ accñs
nō oꝫ ꝙ ſit cā ꝑ ſe ⁊ ſic ē i ꝓpoſito. Nō.n.illud mēbruꝫ
ē mouēs ꝑ ſe reqſitū ad imutatōeꝫ ex ꝑte ſenſus. ſed ꝑꝑ
neceſſitatē ꝑdictā.⁊ ſic poſſꝫ euadi rō ⁊ forte nō ſufficit.
oꝫ.n.aſſignare aliquod mouēs ꝑ ſe ꝓpiquū qđ imutat
carnē ⁊ illud mouēs ꝑ ſe ꝓpinquū nō ē ipſū tāgibile vt
ꝓbat̄.q̄ꝛ.ſ.nō ē illud cū carne.ſꝫ diſtat ab eo ꝑ illud me
diū.qd g° reliquit̄ mouēs ꝑ ſe niſi illđ mediū.¶Forte
diceres ꝙ ad oēꝫ motum nō reqrit̄ mouēs ꝑ ſe ꝓpin/
quū ⁊ imediatū.ſꝫ ſufficit mouēs ꝑ ſe remotū cū mouē
te ꝓpiquo ꝑ accñs.⁊ ſic erit hic,nā tāgibile erit mouēs
ꝑ ſe nō ꝓpiquū ſꝫ remotū.⁊ illud mediū nō ē mouens
ꝓpiquū ſꝫ ꝑ accñs.¶Cōtra. Mouēs remotū mouet
ꝑ mouēs ꝓpinquū.ſi g° mouēs ꝓpinquū mouet ꝑ acci
dens ⁊ mouēs remotū mouet ꝑ accñs.Dr̄ ꝙ vl'r hoc
nō ē verꝝ.ſ.ꝙ mouēs remotū moueat ꝑ mouēs ꝓpiquū
imo pōt eē ꝙ mouēs remotū q̄ztū ē ex ſe mouet ꝑ ſeipꝫ
ꝙ ꝯt moueat ꝑ mouēs ꝓpinquū hoc nō ē ꝑ ſe ⁊ ꝓprie
ita ꝙ illud reqrat eius nā ſicut ꝑcutiēs ꝑ clypeū nō neceſ
ſario exigit clypeū ad hoc ꝙ ꝑcutiat ſꝫ q̄ztū ē de ſe ē ꝑcu
tiēs ꝓpinquū ꝑ ſe.vnde ſi clypeus ſemꝑ eēt iter ꝑcutiē
tē ⁊ ꝑcuſſū ꝓpter aliquā aliā cām tūc penitus eēt ſil'e de
ꝑcutiēte ⁊ đ tāgibili.ſicut.n.iter ꝑcutiēs ⁊ ꝑcuſſū nō eēt
tāta diſtātia nālis ꝙ per ſe reqreret̄ clypeus medi⁹ iter
iſta.⁊ tñ ſemꝑ eēt medius ꝓpter aliquā aliā neceſſitatē
ſic inter tangibile ⁊ carnē nō eſt tanta nālis diuerſitas ꝙ
ad imutationē vnius ab altero per ſe requirat̄ medium
extrinſecum.q̄ꝛ tamē ſemꝑ accidit huiuſmōi mediū iter
poni ꝓpter aliā cām vt dcm̄ ē.iō ſēper fit imutatio ipſo
mediāte.Poſſum⁹ g° dicere ꝓbabiliter ꝙ i imutatiōe
carnis a tangibili ipſū tangibile non eſt mouens ſimpl'r
ꝓpinquū.imo ē aliud mouens ꝓpinquū intermedium
ſcꝫ illud mediū extraneū.tñ ipſū tangibile bene eſt mo/
uens per ſe ꝓpinquū.q̄ꝛ inter ipm̄ ⁊ carnē nō eſt aliqđ
mouens per ſe ſed ſolum mouens per accñs.⁊ illud ac
cidens contingit nō eſſe quantū eſt ex parte tangibilis vt
motiuū carnis.⁊ ex parte carnis vt imutabilis a tāgibili

ſed non contingit ipm̄ non eē ꝓpter aliā neceſſitatē predi
ctam. tangibile autem per ſuā naturā nō ē natum ꝑus i/
primere ſuā ſpeciē illi medio q̄ȝ carni. nec caro ꝑ ſui nāȝ
eſt nata imutari ab illo medio imediatius q̄ȝ a tangibili.
⁊ ſic pure ꝑ accidēs cōcurrit illud mediū ad tangenduȝ
q̄ȝtum eſt ex parte tāgibilis ⁊ carnis vt predcȝ ē ꝓpter
quā cām oȝ dicere ꝙ illud mediū nō ſit mouens ꝓpin/
quū ꝑ ſe ſed pure per accidēs. nondū tñ vidi declaratuȝ
demōſtratiue. hoc tñ aſſerunt Ariſto. Auer. ⁊ Albertus
⁊ oēs ꝑipatetici poſteriores. Et forte ꝯuicereť ꝑ hoc ꝙ
vnus ⁊ idem ſenſus non indiget ꝑ ſe duobus medijs ita
diuerſis ſicut ſunt aer ⁊ caro ⁊ aqua. Unde cū tactus ſit
vnus ſaltem reſpectu vnius ꝯrietatis non vꝛ iuſtū ꝙ idi
geat ꝑ ſe duobus medijs differentibus ſpecie ad ipſuȝ.
ingre melius. ¶ Alr̄ pōt dici ꝙ in imutatiōe tactus a tā
gibili duro aut molli ipm̄ tangibile ē ꝓpinquū imutās
carnē. Et cum dꝛ ꝙ inter mouēs ⁊c̄. verum ē vnū ime/
dium qō ſit per ſe ⁊ neceſſario requiſitū ad illud motuȝ
ſed bene pōt eē ibi mediuȝ aliqō ꝑꝑ aliam cāȝ vt dcm̄ ē.
¶ Ad rōnes. Ad primā cū dꝛ ꝙ ſic tactus non erit tactꝰ
nego ꝯñam. ⁊ cū ꝓbatur. qꝛ tactus dꝛ tactus eo ꝙ tāgit
ſuū ſenſibile. dico ꝙ non ē tactus eo ꝙ ſentiat ſuū ſenſibi
le tangendo ſine omni medio. ſȝ forte ex eo qꝛ magis de
ꝓpe ſentit q̄ȝ omnes alij. ⁊ in tantū ꝙ latet intermediuȝ
⁊ ꝑꝑ hoc impoſitor nominis vocauit ipm̄ tactum. ⁊ for
te putauit nullum eē extraneū mediū in tangendo. ⁊ iō
vocauit ipm̄ tactū. ¶ Ad aliam dico ꝙ verū eſt ſi indige
ret per ſe medio extrinſeco. ſed ponimus ꝙ ſolum ꝑ ac/
cidens indiget quantum eſt de tactu ⁊ tāgibili. ⁊ iō ſi po
neretur ꝙ lapis imediate tangeret manum nihil ꝓhibe
ret fieri ſenſum. ⁊ ſic ē intelligendum illud. ¶ Ad aliam
ſimiliter. bñ. n. concludit ꝙ vnꝰ ſenſus formaliter nō idi
get ꝑ ſe ad ſuū actū diuerſis medijs oīno. ſicut eſt hic lȝ
.n. oculus ⁊ aer exterior ſint media vidēdi. tñ hoc ē rōe
vnius qualitatis cōis. ſ. rōne diaphaneitatis. ſȝ nō ē vna
q̄litas ſic cōis aeri ⁊ carni ꝑ quā imuteť a tangibilibus
iō aer nō ē per ſe mediū tāgēdi. q̄re nō valet.

¶ Textu cōmen. cxvi.

¶ Oio autē videtur caro ⁊ lingua ſicut aer ⁊
aqua ad viſum ⁊ audutum ⁊ olfatum ſe hñt.

¶ Queſtio. xxix

Ueritur ꝯſequenter. Utrū ſen/
ſibile poſitū ſupra ſen
q ſum facit ſenſationeȝ. Arguitur ꝑmo ꝙ ſic
tangibile poſitum ſuꝑ neruū facit actū tan
gendi. qō patet. cuȝ manus aut aliqua ꝑs
corporis ſecatur per totum. nūc. n. certuȝ
eſt ꝙ inſtrumentum ſectōis vt cultellus vel gladius tā/
git neruum ⁊ ponitur immediate ſuper ipſuȝ ⁊ cū ner
uus ſit organū tactus vt conceſſuȝ eſt. ſequiť ꝙ tāgibile
poſitū ſupra neruuȝ ponitur ſupra tactū. ⁊ tñ facit tactū
vt maniᵐ ē. Tāgibile. n. eſt quoddā ſenſibile ⁊ tactus ē
quidā ſenſus, ergo. ¶ Itē agens naturale q̄ȝto ꝓpinquꝰ
eſt paſſo tanto ꝑfectius agit vt pȝ in igne ⁊ huiuſmodi.
ſenſibile āt agēs nāle qꝛ nō ē agēs artificiale vt manifeſtū
ē nec caſuale aut fortuitū cū frequēter aut vt i pl'ibꝰ agat
i ſenſum. ergo q̄ȝto ꝓpinquius eſt ſenſui tanto ꝑfectius
agit in ipm̄. ſed cū ſenſibile eſt ſupra ſenſum tūc ē ei ꝓpi
quius q̄ȝ cum diſtat ab eo vt manifeſtum eſt. quare ⁊c̄.
¶ Itē aer illuminatus poſitus ſupra viſum facit videre.
ſed aer illuminatus ē quoddā ſenſibile vt manifeſtū ē. ⁊
tex. cō. 82. viſus quidā ſenſus. ergo ⁊c̄. maior ꝓbať. qꝛ oculus eſt
materia viſus vt dꝛ in iſto 2ᵒ. ⁊ ſic ſequiť ꝙ viſus ē i ipō
oculo vt in ſubiecto. cū ergo aer illuminatus poſitus ſu
tex. cō. 116. pra oculū facit videre ſeqtur ꝙ poſitus ſupra viſū facit
videre. quare ⁊c̄. ¶ Oppoſitū arguitur auctoritate ari.
in lr̄a. pluries. n. dicit ꝙ ſenſibile poſitū ſupra ſenſuȝ nō
facit ſentire ⁊ hoc ē cōe omni ſenſui vt ibidē dicit Cōm.
¶ Ad queſtionē dico breuiter ꝙ ſenſibile poſitū imedia
te ſupra ſenſum ſm̄ eē corporale non facit ſenſum. cuius
cām hic tangit Cōmē. ⁊ planius in libro ſuo d̄ ſenſu ⁊ ſē
ſato. qꝛ natura non ꝓcedit ab vno diſſimiliū ad alterum
multum diſſimile niſi ꝑ mediū qō eſt aliqualiter conue/
niens cū vtroq̄ȝ vel minus diſſimile. ſicut etiā mobile lo
caliter non mouetur de vno vbi ad aliud vbi ſimpliciter
oppoſitū niſi ꝑ mediū vt habeť ex 5ᵒ. phyꝯoꝝ. Modo tex. cō. 22.
eē corporale forme in ipſa re extra animā ⁊ eē eius ſpiri
tuale in anima ſunt multū diſſimlia eſſe quātum ad hoc
quia eſſe forme ſenſibilis corporale extra animam nec ē
cognitio nec imedatum principium cognitionis. vt eſſe
albedinis in pariete nec eſt viſio nec imediatū ꝑncipiuȝ
viſionis vt manifeſtū eſt. Sed eē ipſius coloris in viſu
aut eſt formaliter ipſa viſio aut eſt imediatū principium
viſionis actiuū vel receptiuū ſicut māifeſtū ē ⁊ oēs ꝯce
dunt. ⁊ iō natura nō ꝓcedit ab vno iſtoꝝ in alteꝝ niſi me
diante aliquo eſſe medio inter ea. ⁊ illud eſſe mediū eſt
eē i medio nō cognoſcitiuo. vt i aere vl' aq̄ ⁊ huiuſmōi.
¶ Ad ꝑmā rōnē dico breuiter ꝙ ſi aliqō tāgibile pone/
reť imediate ſupra neruū ita ꝙ in nulla ꝑte eēt caro iter
media non ſentireť. hoc aūt nō ꝯtingit cū manus abſcin
diť aut alia ꝑs. Nā lȝ tunc inſtrꝫ diuiſionis ſȝ aliq̄ȝ ꝑteȝ
attingat veruȝ ſine carne media vt creditur. tamen ſimul
ſm̄ aliq̄ȝ ꝑtem eſt caro iter ipm̄ ⁊ neruū ⁊ ideo non eſt
omnino imediatus cōtactus. quare ⁊c̄. ¶ Ad aliā cū dꝛ
agens naturale ⁊c̄. veꝝ ē ſi appropinquatur paſſo diſpo
ſito ⁊ apto nato recipere eius actionē. ⁊ ſi nō oȝ. nūc ipſe
ſenſus non ē paſſum qō ſit aptū natum imediate ſuſcipe
re a forma ſenſibili ſibi corporaliter appropinq̄ta. qꝛ ⁊c̄.
¶ Ad aliam cum dicitur. aer illuminatus ⁊c. dico ꝑ ite/
remptionem maioris. ⁊ cū ꝓbať ꝙ oculus ē materia vi
ſus. ⁊c̄. dico ꝙ illud ari. nō dixit ꝑ modū determinatōis
ſed exēplificādo. vel dicendū ꝙ ibi loqtur ſub ꝯditōe. ſ.
ſuppoſito ꝙ oculus eſſet aīal. aīa vtiq̄ȝ eēt viſus ipſius. d̄
exemplo aūt nō habeť verificatio. ſed manifeſtatio. vt
dicit Cōmen. in iſto 2ᵒ. capitulo d̄ viſibili. q̄re ⁊c. ¶ Ur
ſiquis vellet tenere ꝙ ipſe viſus ē in oculo ſubiue. vt ali
quibus placet ⁊ ꝙ aer illuminatus poſitus ſupra oculuȝ
videatur aut ſaltē non ꝓhibeat fieri viſionem. tñ non eſt
ad ꝓpoſitum. qꝛ lumē non ē in ipſo medio corꝑaliter ſȝ
ſpūaliter ⁊ intentiōaliter. cū lumē exñs in q̄cūq̄ȝ ꝑticula
aeris repñtat totū lumē corꝑis luminoſi vt manifeſtum
ē. cū aliquis mediante vno paruo foramine videt vnuȝ
magnū ignē aut ſolē aut lunā aut aliqō huiuſmōi lumīo
ſuȝ ⁊ nos intelligimus ꝙ ſenſibile imediate poſitū ſupra
ſenſum ſm̄ eē corꝑale ꝓut diſtinguiť a ſpūali nō facit ſē
ſum. Et hoc manifeſtum ē quaſi per ſe ſȝ doctrinā ari.
dicentis. ⁊ hoc quidem in ipſo poſitum quo ſentiť i ſen tex. cō. 98.
ſibile eē oībus cōmune eſt. quare ⁊c̄.

¶ Textu. cōmen. c. xxi.

¶ Oportet autem uniuerſaliter de omni ſen
ſu recipere. quoniam quidem ſuſceptiuus eſt
ſpecierum. ¶ Queſtio. xxx.

Ueritur hic primo
Utꝝ iſta ꝓpō ſit vera. Oīs ſenſus ē rece
q ptiuus ſpēꝝ ſine materia. Arguitur ꝙ
non. qꝛ illud qō cōpetit alteri q̄ȝ ſenſui nō
debetur ſenſui primo. paſſio. n. nō ineſt ni
ſi ſuo ſubō primo aut eis que ſunt eſſentialiter idem cuȝ
ipō ſic inferiora aut poſteriora. vt pȝ ex prīo poſte. ſȝ eē
receptiuū ſpēꝝ ſine mā̄ ꝯpetit alicui qō ñ ē idē eēntialiter
cū ſenſu. cōpetit. n. itellcūi. vt pȝ ex 3ᵒ. huius vbi plane tex. cō. 38.
vult ari. ꝙ intellectus ē ſuſceptiuꝰ ſpēꝝ ſine mā̄. ¶ Iteȝ
ſi ſenſus ꝑᵒ recipet ſpēȝ ſine mā̄ ſeq̄reť aut ꝙ nō recipet
ſenſatōeȝ aut ꝙ recipet eā mediāte ſpē. hec ꝯña pȝ. qa
vnū receptiuū nō vꝛ recipe duo diuerſa niſi vnū mediā
te alio. mō ſpēs ſenſibiľ ⁊ ipā ſenſatio ſt duo diuerſa vt
mlťi ꝯcedūt ⁊ videbiť poſt. ⁊ ſic aut ſēſus ñ recipet ſen
ſatōeȝ aut recipet ipāȝ mediāte ſpē. ⁊ hoꝝ ꝑᵐ ē oīno i/
poſſibile. i q̄. n. recipeť ſentire niſi in ipō ſenſu. Pō. n.
i q̄ recipiť ſentire ſentit ⁊ eſt ſentiens vel quo aīal eſt ſen
tiens. nihil aūt eſt ſentiens niſi ſenſus vel animal per ſen

ſuꝫ.Et ſil'r 2^m videtur ĩpoſſibile:nam ſi ſenſus recipet
ſenſationem mediante ſpē tc̄ ipſa ſpecies non eſſet p̄nci/
pium actiuū per ſe ſenſationis.eo ꝙ vnū ⁊ idē ſimplex
⁊ indiſibile non ē per ſe principium actiuū ⁊ per ſe rece/
ptiuum eiuſdem actus.ꝯñs aūt reputat' ĩconueniens a
multis.nō.n.aliud ē ĩmediatū principium actiuū alicui⁹
ſenſationis niſi ſpecies informans ſenſum vt omnes cō/
cedunt.❡Item illud qđ ē cōe oī patienti non debet' p̄/
mo ſenſui.hoc ē manifeſtum.ſed eſſe receptiuū ſpecieꝝ
ſine materia cōe ē oī patienti.Omne.n.patiēs recipit ali
quā formā ab agente vt manifeſtum ē ⁊ conſtat ꝙ ip̄m
patiens non recipit mām agentis.vt cum aqua patit' ab
igne ipſa non recipit mām ignis.ſil'r aūt ⁊ in alijs.hoc ſa
tis patet primo de generatione.c. de actiuis ⁊ paſſiuis.
tex.cō.55 quare ⁊c.❡Oppoſitum arguitur auctoritate ari. in lr̃a
tex.cō.121. qui dicit ꝙ oēs ſenſus.⁊c.❡De iſto dixit quidam doc.
huius tp̄is ꝙ ſenſus eſt p̄mo receptiuus ſpēruꝫ ſine mā
qđ ꝓbauit.q2 ſi non tc̄ Ari.errauit in acceptōe vl'is. Er
ror.n.in aſſignatione vl'is ē cum paſſio non aſſignat' ſuo
ſubo primo vt accipitur ex primo poſteri.abſurdū autē
ē ariſto.peccauiſſe in aſſignatione vl'is.cum ipſe docue/
rit plane artē accipiendi vniuerſale. vt pꝫ in primo poſte
riorum.ergo ⁊c.Sed mihi vr̃ ſalua pace dicētis.ꝙ hoc
ē dcm̄ debile ⁊ falſum.q2 ſi ſenſus eſſet primū ſubiectū
huius quod ē eſſe receptiuum ſpērum ſine materia tūc
nihil eſſet receptiuum ſpēruꝫ ſine materia niſi ſenſus vl'
habens in ſe ſenſum.hoc manifeſtum ē quia paſſio non
ē ſine p̄mo ſuo ſubo.vt hr̃e tres āgulos eq̄les duob⁹ re
ctis non eſt niſi vbi ē triangulus.⁊ riſibilitas non eſt niſi ĩ
quo ē humanitas vel homo.hoc autem eſt ſl'ꝫ manife/
ſtū.nam mediū inaīatū eſt receptiuū ſpecieruꝫ ſine mā.
vt aer aut aq̄ vt vult Ariſto.in iſto 2°.⁊ iſti met ꝯcedūt
tex.cō.116 ĩmo cōcedunt ꝙ ſil'is ē immutatio medij ⁊ organi.⁊ re/
cipitur ab Ari. in libro de ſenſu ⁊ ſenſato.Et ideo dico
ad queſtionem.duo primo ꝙ oīs ſenſus qui ē ſubꝫ ip̄i⁹
ſentire ē receptiuus ſpērum ſine materia.2°.ꝙ hoc non
competit primo ſenſui.Primum apparet q2 idē dr̃ eſſe
ſuceptiuum diſpoſitionis ad aliquē actū.⁊ illius actus ali
quo mō.nunc ip̄a ſpēs ſenſibilis ē diſpoſitio ad actū qui
ē ſentire vt oēs ꝯcedunt ſaltē qui ponūt ſpēm eſſe aliud a
ſentire.q̃re ⁊c.❡Item ſenſus recipit aliq̃ꝫ formā a ſen
ſibili quoq̄ mō.al'r.n.ſenſibile nō ageret in ſenſum neq̧
reduceret ip̄m ad actum qđ ē contra doctrinam ari.aut
tex.cō.118. igitur recipit formā ſ'ꝫ eſſe māle aut ſ'm eſſe ſpūale. nō
ſ'm eſſe māle.q2 ſic forma hr̃et idē eſſe in aīa ⁊ extra ani
mam.mō ſicut extra aīam nō eſt cōprehenſio neq̧ prin
cipium ꝓpinquū cōprehenſionis ſic nec in aīa.qđ eſt ab
ſurdum. Et amplius.tunc ſeq̃retur ꝙ viſus videns ni
grum eſſet niger poſtq̃ꝫ recipet nigredienm ſ'ꝫ eē reale.
Et amplius.ꝯtria ſil' eſſent in eodem ſ'm eſſe materiale
cum ſimul album ⁊ nigruꝫ hn̄t agere in viſum.ergo re
linquitur ꝙ ſenſus recipit formam a ſenſibili ſecundum
eſſe ſpirituale ⁊ h̄ dicitur eē ſpecies ſenſibilis.❡Scđꝫ
ꝓbatur rōe p̄us tacta formando eā al'r.Si ſenſus eſſet
p̄mo ⁊ per ſe receptiuus ſpecierum ſine mā tunc aer ⁊
aqua eſſent inaīata ⁊ habentia ſenſum.qđ ē abſurdum.
ꝓbo ꝯñam.In quocunqꝫ eſt ꝑ ſe ꝓprium accidens ali
cuius ſubi in illo eſt illud ſubm.hoc recipio pro manife
ſto.cū ergo in aere ⁊ aqua ſit eſſe receptiuum ſpērū ſine
materia.ĩ vtroqꝫ iſtoꝝ erit ſenſus.⁊ per ꝯñs aīa q̃ ⁊c.
Et ꝯfirmatur q2 oē receptiuum ſpēꝝ ſine materia aut dr̃
vniuoce de medio inanimato ⁊ de ſenſu.aut pure equi/
uoce.aut ſecundum analogiam ſi pure vniuoce.tunc ſe/
quitur ideꝫ qđ prius.paſſio.n.vniuoca ineſt cuicūqꝫ ĩeſt
ꝑ primū ſubm vt pꝫ primo poſteriorum.Si pure equi
uoce hoc eſt inconueniens.q2 ſic non eſſet ꝯſil'is ĩmuta/
tio medijs ⁊ ſenſus.cuius oppoſitum iſti volunt.❡Itē
hoc eſſet ꝯ Ari.qui abſolute ⁊ indiſtincte enunciat iſtam
paſſionem de ſenſu.Equiuocuꝫ āt non proprie ꝯſidera
tex.cō.2. tur in ſcīa vt hr̃ 4°.meta.Si vero diceretur ꝙ analogi
ce.ſ.ſ'm prius ⁊ poſterius.tunc ēt hoc erit ꝯ Ari. nam
paſſionis ambigue ſubm dꝫ eſſe ambiguū.ſ'ꝫ Lincon.

primo poſteriorum.ĩmo etiam ſ'm Ari.Si.n.aliq̄ paſ/
ſio ambigua in ſua coītate ſumpta aſſignaret' de vno il/
lorum ſ'm prius error eſt in aſſignatione vl'is.vt ſi pute
tur illud eē ſubm primū.ergo ſ'm iſtos Ari.errauit ĩ aſſi
gnatione aſſignando iſtam paſſionem de ſenſu cum inſit
multis alijs.Sed aliqs cauillaret ꝙ ſubm p̄mū paſſiōis
dr̃ dupl'r.ſ.primū primitate.coītatis,⁊ de iſto verū eſt
qđ argutū ē.aliud ē ſubm primū primitate p̄cipalitatis
⁊ iſtud non oꝫ reperiri eſſentialiter in omnibus illis qb⁹
ineſt paſſio.Mō ō ſenſus ſic ē ſubm primū huius. qđ eſt
eſſe receptiuū ⁊c.ſed hoc non ſufficeret.q2 ſicut dcm̄ eſt
paſſiōis ābigue ⁊ cōis dꝫ aſſignari ſubꝫ ambiguū ⁊cōe
⁊ non ſufficit ad ſufficientem acceptionē vl'is accipere ſo
lum ſubm principale paſſionis. vt pꝫ ex primo poſterio
rū. ⁊ ſic iſti ſ'm dcā ſua non pn̄t excuſare Ari.ab incōue
nienti.❡Et iteꝝ certū eſt ꝙ Ari.h̄.loquit' de ſenſib⁹ ꝑti
cularibus.nōdū.n.demr̃auerat aliū eē ſenſum.mō ſen/
ſus ꝑticularis nō eſt principale ſubm qđ eſt ſuſceptiuuꝫ
ſpecierum ſine materia ĩmo ſenſus cōis cum ſit ſpūalior
ē principalius receptiuus earum ⁊ nobiliori modo.⁊ ad
huc imaginatiua ⁊ cogitatiua nobiliori ⁊ p̄cipaliori mō
recipiunt.⁊ tandē intellcūs principaliſſime ⁊ nobiliſſime
recipit ſpecies ſine materia.⁊ ideo illa poſitio eſt rationa
bilis.Et cum dr̃ ꝙ ari.errauit in acceptione vl'is. Dico
ꝙ non ſequitur.nā ad hoc ꝙ aliquis erret in acceptione
vl'is non ſufficit vt ipſe enunciet aut ſcribat predicatum
de ſubo non primo.ſed requiritur ꝙ putet illud eē ſubꝫ
primum aut ꝙ non cognoſcat ip̄m eſſe non primū.vt ſi
quis dꝫ decipi per ſyllogiſmū ſophiſticū non ſufficit ꝙ
proferat aut ſcribat huiuſ modi ſyllogiſmum.ſed req/
ritur ꝙ putet ip̄m eē bonum.⁊ ꝙ non cognoſcat ei⁹ de/
fectum.Ari.aūt q̃ꝫuis ſic deſcripſerit ſenſum eſſe ſuſce/
ptiuū ſpērū ſine materia.tamen non putauit hoc eē pri/
muꝫ ſubm.ĩmo bene nouit ꝙ alia recipiūt ſpēs ſine mā
nec dedit in hoc aliq̃ꝫ occaſionem errādi niſi illis qui ſūt
multum ꝓni ad errandum.⁊ qui non hn̄t aptitudinem
ꝯferendi v̄bi ari.adinuicē ⁊ concordandi ea ſufficienter.
Iō Ari.quo ad pn̄s capl'ꝫ voluit notificare iſtam condi
tionē ſēſuū.Et hoc forte noluit facere ad remotōnē erro
ris antiquorum qui putauerunt aīam eſſe compoſitam
realiter ex oīb⁹. vt pꝫ ĩ erroribus in primo hui⁹.❡Ad tex.cō.79.
rōnes.❡Ad primam dicendum ꝙ q̃ꝫuis abſolute lo/
quendo intellectus recipiat ſpēs ſine materia.hoc tn̄ ei
ꝯpetit al'r q̃ꝫ ſenſui.nam ſenſus recipit ſpēs indiuidual'r
vt h̄ ⁊ nc̄ q2 eſt virtus corporea.Sed intellectus q2 ĩmā
lis eſt recipit ſpēs vniuerſaliter non h̄ neqꝫ nc̄ preciſe.
❡Ad aliaꝫ bene concedo ꝙ ſenſus recipit ſpēs ſine ma
teria ⁊ mediante ſpecie recipit ſenſationem. Unde non
credo ꝙ ſpecies ſenſibilis ſit ĩmediatum ꝑ ſe principiuꝫ
ſenſationis.ſed alia virtus vt probatū fuit prius.❡Ad
tertiam dicendum ꝙ patiens corꝑale inaīatum aliter re
cipit formam ⁊ aliter ſenſus.nam recipiens inaīatum re
cipit formam ſecūdū eſſe corporale vel ſecundum eſſe
minus ꝑfcē ſpūalitatis.⁊ recipit ſecūdum eundem mo/
dum eſſendi ſicut hꝫ eſſe in agente.dico in multis recipi
entibus ſicut oīa recipie ntiaq̄ recipiunt cum abiectione
ꝯrij. vt cum aqua caleſit ab igne ipſa recipit caliditatem
ſecūdum ꝯſimilē modum eſſendi ſecundum quē eſt in
igne caleficiente.ita ꝙ forma caliditatis ĩ aqua recepta n̄
ē ꝓpinquius principium cognitionis q̃ꝫ q̄ eſt in ip̄o igne
Similiter auteꝫ ⁊ in alijs.ſed forma in ſenſu hꝫ eē ſpūa
le ⁊ eſt principiū cognitionis.ĩ medio aūt ĩaīato lꝫ non
ſit ĩmediatum principium cognitionis.tn̄ eſt ibi ſpūal'r.
⁊ eſt propinquius principium cognitionis q̃ꝫ in re extra
⁊ iſtud eſſe in medio eſt quaſi medium inter eſſe in aīa
⁊ eſſe extra aīam.nā eſſe in re extra aīam eſt eſſe corpo/
rale ⁊ non eſt principium cognitionis niſi multū remo/
tum.eſſe vero in aīa eſt eſſe ſpūale ⁊ eſt principium co/
gnitionis ĩmediatum.eſſe aūt ĩ medio ĩaīato eſt eē ſpūa
le.⁊ in hoc conuenit cū eſſe in aīa ⁊ differt cū eſſe in obo
⁊ non eſt propinquū ĩmediatū principiuꝫ cognitiōis.⁊
in hoc conuenit cū eē in re extra aīam ⁊ differt ab eſſe in

anima.quare ratio nō valet.

## ¶Queſtio.xxxi.

**Onſequēter** querit̄ circa q̄daꝫ predictorū. vtrū
ſpēs rei ſenſibilis recepta in ſenſu ſit idē eſſen
tial̄r cū ipſo ſentire. Arguit̄ primo ꝙ ſic q2 il
lud quod primo recipit̄ in potētia ſenſitiua eſt
ſentire. vniuerſal̄r.n.qđ primo recipit̄ in potētia cogniti
ua videtur eſſe cognitio. ſed illud qđ primo recipitur in
ſenſu eſt ſpecies rei ſenſibilis vt oēs concedūt.igitur ⁊c̄.
¶Oppoſitū aūt arguitur. principiū ſenſationis nō eſt ip
ſa ſenſatio. ſed ſpēs recepta in ſenſu eſt principium ſenſa
tiōis. vt ſpēs intelligibilis eſt principium intellectionis.
¶De iſto dicunt aliqui ꝙ ipſa ſpecies rei ſenſibilis rece
pta in ſenſu eſt idē eſſentialiter cum ipſo ſentire. quod ſic
ꝓbant ſicut arguebatur ſtatim. Sed iſtud non videt̄. q2
que ſūt in diuerſis predicamentis non ſunt vnū eſſentia/
liter vt ſuppono ad preſens. ⁊ hꝫ videri ſupra p̄dicamē
ta. ſed ſpecies rei ſenſibilis ⁊ ſentire ſunt hmōi. nam cuꝫ
ipſe ſenſus alteret̄ ab ipſo ſenſibili ſaltem alteratione ꝑfe
ctiua que eſt ſalus ⁊ ꝑfectio. vt habet̄ in iſto.2. ⁊ in.7°.
phycoꝝ. manifeſtū eſt ꝙ ſenſus recipit a ſenſibili aliquā
qualitatē ſaltē ſpūalē ⁊ illa nō eſt niſi ſpēs forme ſenſibilis
que ipſū ſenſibile repreſentat. ſentire aūt eſt actio q̄dā vł
ſaltē paſſio vel vtrūqꝫ. mō āt altero ergo ⁊c. ¶Itē ſup/
pono ꝙ forma ſpūalis recepta in ſenſu ⁊ recepta in me/
dio vt aere aut in ſpeculo iaīato eſt eiuſdē ſpēi ſpāliſſime
ſm ſe. vt ſpēs albedis in viſu ⁊ in ſpeculo inaīato. Quid
enim faceret diuerſitatē ſpecificā iter iſtas formas. Nō ē
dicendū ꝙ diuerſitas ſpecifica eaꝝ proueniat ex diuerſita
te ſubiecti. q2 ſicut dicit Cōmē. in iſto.2. cōmē.6. diuerſi
tas formaꝝ eſt cā diuerſitatis materiarū. ⁊ nō ecōuerſo
nec ex diuerſitate agentis q2 albedo eadē ſm ſpēm gene
rat ambas. ¶Secūdo ſuppono ꝙ cū aliq̄ duo ſint eiuſ/
dē ſpēi ſpāliſſime oē quod cōuenit vni eoꝝ per ſe idē ſm
ſpēm cōuenit alteri. vt ſoꝛ. ⁊ pla. ſunt eiuſdē ſpēi ſpāliſſi/
me. ⁊ ſic ſoꝛ. eſt per ſe riſibił ſicut pla. ſił̄r āt ⁊ in alijs. ⁊
cō.49.⁊ hoc ſatis habet̄ a Cōmē. ſuper ſm librū celi ⁊ mūdi. in
59. capitulo de figura ſtellaꝝ. vbi dicit. Neceſſe eſt ꝙ illud
quod exiſtit in aliquo indiuiduoꝝ ſpēi in rebus eſſentiali/
bus exiſtat in oībus indiuiduis eiuſdē ſpēi. Tunc arguo
ſic. ſi ſpēs recepta in ſenſu eſt idē eſſentiał̄r cū ipō ſentire.
tūc ſpēs que eſt in ſpeculo iaīato eſſet idē eſſentiał̄r cū ip
ſo ſentire. hoc aūt eſt īpoſſibile. q2 ſic illud ſpeculū ſenti/
ret. nā oē illud in quo eſt ſentire ipm ſentit. ⁊ pꝫ cōſequē
tia per ſuppoſitiōes. nā ſpēs hec ⁊ illa ſunt eiuſdē nature
ſiue ſpēi ſpāliſſime. ⁊ iō qđ p̄dicat̄ eēntiał̄r đ vna eaꝝ p̄di
cat̄ ēt de alia eſſentiał̄r. vn̄ ſi ſpēs i ſēſu ē ſēſatio eēntiał̄r ⁊
alia erit idē ſēſatio. q̄r ⁊c̄. Alij āt dn̄t ał̄r ꝙ ſpēs rei ſēſibił
ſm ſe nō eſt idē eēntiał̄r cū ipſa ſenſatione. tn̄ receptio ip
ſa ſpēi in ſenſu eſt ſentire ⁊ ſuſtentat̄ ſpāł̄r ſuper hoc q2
ſentire eſt pati a ſenſibili ⁊ non eſt aliđ pati a ſenſibili niſi
ipſa receptio ſpēi vt eis vr̄. quare ⁊c. Sed nec iſtud cre/
do eſſe verū. q2 ſi receptio ſpeciei ſenſibilis in ſenſu eēt ip
ſa ſenſatio formał̄r ⁊ eēntiał̄r. ſequeret̄ neceſſario ꝙ ipꝫ
ſenſibile eſſet ſimpł̄r nobilius q̄ꝫ ſit ſenſus. h̄ aūt eſt ma/
nifeſtū īpoſſibile ſm oēs. viſus.n. eſt quid nobilius ſim/
pł̄r q̄ꝫ colore. ⁊ auditus q̄ꝫ ſonus. ⁊ ꝓbat̄ cōſequentia.
q2 ſicut ſuperiꝰ ſumebat̄. illud eſt ens ſimpł̄r nobiliꝰ alio
cuius ꝑ ſe oꝑatio eſt nobilior ꝑfectiſſima oꝑatiōe alteriꝰ.
⁊ hoc eſt manifeſtū cuilibet ſani capitis. mō efficer̄ aliqd
eſt operatio nobilior ſimpł̄r q̄ꝫ recipere illud idē. vt effi/
cere motū eſt nobilius ſimpł̄r q̄ꝫ recipere ipm motū. ſi/
milit̄ aūt ⁊ in alijs. ⁊ hoc ēt ē notū per ſe. ⁊ declaratum
fuit prius ad cōfirmādū. ſi igit̄ ſenſibile efficit ſpēm i ſen
ſu ita ꝙ eius oꝑatio ꝑ ſe ſit efficere ſpēm in ſenſu vt oēs
cōcedūt. oꝑatio vtiqꝫ ſenſibilis. ſ. efficere ſpēm erit ſim/
pł̄r nobilior q̄ꝫ recipere ipam. Cū igit̄ receptio ſpēi pona
tur eē idē qđ ipſa ſenſatio ſequit̄ ꝙ oꝑatio ſenſibilis ē no/
bilior q̄ꝫ ſit ipſa ſenſatio. ſed cōſtat ꝙ ſenſatio eſt nobiliſſi
ma operatio ſenſus. ergo ſenſibile eſt qđ nobilius q̄ꝫ ſen
ſus. ¶Itē quidā arguūt ſic. Si ſentire formał̄r ⁊ eēntia
liter eſt recipere ſpēm rei ſenſibilis oꝫ ꝙ ſentire ſit pati
formał̄r ⁊ eſſentiał̄r. ⁊ ſi ſentire eſt pati eēntiał̄r. ſequit̄
ꝙ ſentiri ſit ager̄. ſed agere ē nobiliꝰ q̄ꝫ pati ſibi correſpō
dens vt oēs cōcedūt. ergo ſequit̄ ꝙ ſentiri eſt nobilius
q̄ꝫ ſentire. quod eſt abſurdū. ⁊ hec rō mihi vr̄ pulchra
⁊ inſolubilis ſm veritatē. ¶Itē poteſt argui rōne cōſili
ſicut arguebatur de ſpē. nā cū ſpecies recepta in ſenſu ſit
eiuſdē nature ſm ſpēm ſpāliſſimā cū ſpecie recepta i ſpe
culo inaīato ſequitur ꝙ eius receptio in ſenſu ⁊ in ſpe/
culo inaīato ſit eiuſdē ſpēi ſpāliſſime. ⁊ ſic ſi vna iſtarū re
ceptionū ſit eſſentialiter ſenſatio vr̄ ꝙ ⁊ alia debet eē eēn
tiał̄r ſenſatio. cū enim aliqua ſunt eiuſdē ſpēi ſpāliſſime
nullū predicatū per ſe debet̄ vni quin illud cōueniat alte
ri vel poſſet conuenire. ⁊ hoc manifeſtū eſt inductiue in
alijs. ¶Itē illud eſt plane cōtra Cōmē. in iſto ſcđo cap.
de ſenſu cōi. vbi dicit ꝙ recipere aliqd eſt aliud a indica/
re illud. vnde recipere colorē eſt aliud a indicare illud vn̄
recipere colorem eſt aliud a indicare colorem. ⁊ indicare
eſt ipſum cognoſcere. quare ⁊c̄. Et hoc eſt contra Ariſ.
qui dicit ſentiri accidit in quodā pati ⁊ moueri. modo ſi
ſentire eſſet formaliter ⁊ eſſentialiter ipſum pati. ſ. reci/
pere ſpeciem tunc non accideret in pati ⁊ moueri. nihil
enim accidit in ſeipſo. quare ⁊c̄. ¶Ad rōnē cum dr̄ illđ
quod primo recipitur ⁊c̄. poteſt dici ꝙ aliquid primo re
cipit in potentia ſenſitiua poteſt eſſe dupliciter. Uno mō
primo .i. principał̄r ita ꝙ ad eius receptiōeꝫ ipſa potētia
cognitiua principaliter ordinat̄. ⁊ ſic verū eſt ꝙ illud de/
bet eē cognitio quod primo recipitur in tali potētia. Alio
modo via generationis: ⁊ ſic non oꝫ ꝙ primo receptum
ſit ipſa cognitio ſed aliqua diſpoſitio ſeu preparatio ad co
gnitionem. ⁊ ſic eſt in propoſito. ſpecies.n. rei ſenſibilis
nō eſt illud quod principał̄r recipitur in potentia ſenſiti/
ua. ſed eſt preparatio ſenſus ad receptionē ſenſationis.
quare ⁊c̄. Uel dicatur ꝙ illud quod primo recipitur in
potētia cognitiua debet eſſe cognitio vel formał̄r ⁊ eſſen
tialiter vel cauſaliter. ⁊ ſic vltimo modo verum eſt ꝙ ip
ſa ſpēs eſt cognitio cāliue. in quo tn̄ gn̄e cauſe viſum fuit
prius. quare ⁊c.

### Tex.cō.cxx viii.

**¶Quoniam autem non ſit ſenſus aliquis p̄/ter quinqꝫ. dico autem hos uiſum audituꝫ ol fatum guſtum ⁊ tactum.**

## ¶Queſtio.xxxii.

**Ueritur** h̄. Utrū ſenſus ſint qnqꝫ ⁊
nō plures neqꝫ pauciores
Et arguitur p̄mo ꝙ plures. q2 tactus ē pl̄es
ſenſus vt probatū fuit prius. ⁊ alij ſunt q̄tuor
ergo ad minus ſunt ſex. ¶Iteꝫ probatur ꝙ
viſus non eſt vnus. q2 ille ſenſus non eſt vnus cuius ac/
tus nō eſt vnus. potētie.n. diſtinguuntur per actus vt p̄
us apparuit. ſed actus viſus non eſt vnus. ꝓbatio q2 ac
tus viſus eſt viſu ſentire. hoc eſt manifeſtū. modo viſus
ſentire non eſt vnum dicit Ariſt. in capitulo ſequenti. er/ tex.cō.138
go ⁊c̄. ¶Itē vna ⁊ eadem potentia aīe non eſt cogno/
ſcitiua perpetuorū ⁊ corruptibilium. per hoc enim pro
bat Ariſt. in ſexto ethicoꝝ. ꝙ ſcientificū ⁊ rōcinatiuum.
ſ. cōſiliatiuū ſunt diuerſe ꝑtes aīe. ſed viſus eſt cognoſci
tiuꝰ aliquoꝝ perpetuoꝝ. ſ. luminū corpoꝝ celeſtiū. ⁊ ali
quoꝝ corruptibiliū. ſ. iſtorum corpoꝝ inferioꝝ. ergo ⁊c̄.
¶Oppoſitū vult Ar̄. in littera ⁊ cōmē. ¶Dicendum tex.cō.128
breuiter cū Ari. ꝙ ſenſus exteriores ⁊ particulares non
ſunt niſi quinqꝫ. dico aūt hos. viſum auditum guſtum.
tactū. ⁊ olfatū. ⁊ dicuntur iſti quinqꝫ ſenſus exteriores
nō ꝙ ſint ſolum in extremitatibus corporis. viſus enim
non eſt in extremitate pupille vt dicit Ariſto. in de ſenſu
⁊ ſenſa. ſed pro tanto q2 immutant̄ a ſenſibilibus exterio
ribus ⁊ non mediantibus aliqbꝰ alijs ſenſibꝰ prius imu/
tatis. vt viſus immutatur a colore abſqꝫ aliquo alio ſen/
ſu p̄us imutato. ⁊ ſic de alijs. Et hoc probat̄ rōibꝰ Ar̄.
in littera ſm doctrinam Cōmē. Et format̄ pᵃ ſic. Si eēt
aliquis ſenſus alius p̄ter qnqꝫ. aut ille eſſet eiuſdē gn̄is

cū ſenſibus quos hēmus ⁊ ꝑcipet aliqua ſenſibilia, q̄ nr̄i
ſenſus ꝑcipe nō pn̄t. eiuſdē tn̄ generis cū illis ſenſibilib⁹
q̄ nos ſentimus vt aliqs eſſet viſus qui videret aliquos
colores quos nr̄ viſus non poſſet videre ⁊ ſic de alijs
aut ille alius ſenſus eſſet oīo alius genere ab oibus illis
ſenſibus quos hēmus. ſ. ꝙ eſſet ſextus ſenſus. hec ē di/
uiſio manifeſta ⁊ ſufficiens. plibus. n. modis non poſſet
rōnabiliter imaginari ꝙ eēt aliqs alius ſenſus p̄ter quoſ
ſenſus quos hēmus ſed nō p̄mo mō. qꝛ ꝑ tactū nr̄z nos
cognoſcimus oēs q̄litates tangibiles. ⁊ ſilr̄ de alijs ſuo
mō. Et h̄ eſt qd̄ ꝯmē. ꝯmēto. 128. exponēdo lr̄az ar̄. dic̄
in his v̄bis. Manifeſtū ē ꝙ oē qd̄ ſenſus tactus pōt cō/
prehendere ex ſenſibilibus nos poſſumus ꝯprehende/
re ⁊ nihil d̄fic̄ nobis ex eis q̄ nata ſunt ꝯprehēdi ab hoc
ſenſu ⁊ ſilr̄ d̄ vnoq̄q3 ſenſu. ſ. ꝙ n̄ defic̄ nobis ī aliq̄ aīali
hn̄te iſtū ſenſum aliqd̄ ſenſibiliū q̄ nata ſunt ꝯprehēndi
ab eo. ita ꝙ nullus pōt dicere ꝙ poſſet īueniri aliquis ta
ctus in aīali qui comprehendat aliqd̄ tāgibile qd̄ nō poſ
ſumus cōprehendere. Manifeſtum ē. n. ꝙ oēs q̄litates
tangibiles ſunt ſenſibiles a nobis ⁊ comprehenſe per ta
ctū. ⁊ ſilr̄ de q̄litatibus audibilib⁹ ⁊ viſibilibus ⁊ olfatibi
libus. Vult ergo ꝯmen. ꝙ nos ꝑ odoratum nr̄m cogno
ſcimus oēs odores q̄s aīal pōt cognoſcere per odoratū
⁊ hoc eſt plane ꝯ aliquos qui ꝯſueuerunt dicere ꝙ alia
aīalia ab hoīe ſentiūt aliquos odores quos hō non pōt
ſentire ꝑ ſuū odoratum. ſic igr̄ non deficit nobis aliquis
ſenſus ꝓpter defectū ſenſationis aliquorum ſenſibiliū.
⁊ hic erat primus modus. Nec eſt dicendum 2°. mō. ſ.
ꝙ ſit ſextus ſenſus ꝑticularis preter oēs illos quinq3 ſen
ſus ⁊ hoc ꝓbat Ari. tribus demr̄ationibus. quarū pri
ma ſumitur ex ꝑte mediorū ⁊ incipit ibi. Et q̄cunq3 qui
dem ipſi tangētes. ſcd̄a ex ꝑte organorum ⁊ incipit ibi.
Simplicium autē. tertia ex ꝑte ſenſibilium ⁊ incipit ibi.
Quare ſi non alterum ē aliqd̄ corpus. ¶ Prima quidē
demonſtratio ex parte mediorum ſic pōt colligi ex v̄bis
cōmen. Omne animal qd̄ non eſt natum ſentire tanq̄
ꝑ mediū niſi ꝑ carnē aut per aerē aut aquam non eſt na
tū ſentire de ſenſibilibus niſi illa que nata ſunt reddi. i.
multiplicari ꝑ carnē aut per aerem aut per aquam. hec
eſt manifeſta intelligenti. ⁊ hanc innuit Ari. illa ī lr̄a hn̄t
autem ſe ſic ſe vt ſiquis ꝑ vnū ⁊c̄. ſed omne animal nō
eſt natum ſentire tanq̄ per medium niſi ꝑ carnē aut ꝑ
aerem aut per aquā. i. ꝑ diaphanum. ⁊ hāc ipſe tangit ī
illis v̄bis. Et quecūq3 quidem ipſi tangentes ſentimus
tactu. i. mediante carne ſenſibilia ſunt ⁊c̄. Quecūq3 v̄o
ꝑ media ſupple extranea ſentimus ⁊c. ergo oē aīal non
eſt natum ſentire de ſenſibilibus niſi illa q̄ redduntur. i.
multiplicantur per carnem aut ꝑ aerem aut ꝑ aquā. mō
vlterius ſumit cōmē. ꝙ oē qd̄ redditur ꝑ carnē aut eſt
tactus aut guſtabile. ⁊ oē qd̄ reddit̄ ꝑ aerē aut ꝑ aquā
aut vtrūq3 eſt ſonus aut color aut odor. Oē igitur ſenti/
re ē guſtar̄ aut tāger̄ aut olfare aut vider̄. Ex q̄ vlteri⁹ ſe
quitur ꝙ oīs ſenſus aut eſt viſus aut auditus ⁊c̄. hec igr̄
demonſtratio q̄ntum ad primā radicē ſumpta ē ex ꝑte
mediorum. quibus mediantibus ſenſibilia nata ſūt mul
tiplicari ad ſenſum. ita maiorem ꝓportionē primi ſyllo/
tex.cō.129 giſmi huius demonſtrātionis īnuit. Ar̄. in lr̄a ſeu in his
verbis. Hn̄t autē ſe ſic ⁊c. ⁊ pōt ſic ordinari ſicut ſe hꝫ
ſupple res ꝙ ſi plura ſenſibilia exn̄tia altera abinuicē ge/
nere nata ſunt ſupple reddi ꝑ vnum medium neceſſe ē
habentē huiuſmodi ſenſitiuum. i. aīal quod vtit̄ illo me
dio ſentiendi ad ſentiendum vtrūq3 ſenſitiuū eē. vt ſi ex
aere. i. mediante aere eſt aīal ſenſitiuū. i. natū ſentire. ⁊
aer ſoni ⁊ coloris ſupple redditiuus aīal ip̄m ſentiet co/
lorem ⁊ ſonū. ſi vero plura ſuppe media ſint redditiua
eiuſdem ſenſibilis. vt aer ⁊ aqua ſunt redditiua coloris.
vtraq3. n. diaphana. ⁊ qd̄ alterum ipſorum eſt hn̄s ſup
ple tanq̄ mediū mediāte quo ſentit illud qd̄ per vtrūq3
ſe multiplicat aut qd̄ ambob⁹ mediantibus reditur. Ex
quo haberi pōt ꝙ aīal quod non eſt natum ſentire vt ꝑ
mediū niſi per carnem aut aerem aut aquā non ſentit de
ſenſibilibus niſi illa que nata ſunt reddi per iſta media. ſi

duo duo. ſi vnū vnum. ꝓbationem aūt minoris innuit
in hac littera. Et quecūque quidem ipſi ⁊c. Et pōt pro
batio ſic formari. Oē animal qd̄ ſentit tanq̄ per mediū
aut ſentit tāq̄ per mediū cōiunctū ⁊ ſic per carnē qd̄ eſt
mediū ꝯiūctū. i. qd̄ eſt pars aīalis. aut per mediū extra
neū. i. per mediū quod non eſt pars animalis. ⁊ ſic ꝑ ae
rem aut aquā. i. per aerem aut diaphanū quodcūq3. ⁊
⁊ ſic habet̄ ꝙ oē animal nō eſt natū ſentire tāq̄ per me
diū niſi per carnē aut per aerem aut per aquā. ⁊ hec fuit
minor prime rōnis. Et pōt littera Ar̄. aliter ſic ordinari
vt habeatur intentio predicta. Et quecunq3 que ipſi tan
gentes ideſt per medium intrinſecū ſentimus tactu ſenſi
bilia ſūt. i. per carnē que eſt mediū tactus quā exiſtima/
mus habētes. Quecūq3 vero per media extranea ⁊ nō
ipſa tangentes ſed ſimplicibus. dico aūt aerē aut aquā vl̄
ſupple ſentimus. Et ſic quecūq3 ſentimus aut hoc eſt ꝑ
mediū intrinſecū aut extraneū. ex quo habet̄ illa minor
. ſ. ꝙ omne animal qd̄ nō eſt natū ſentire ⁊c̄. ⁊ in hoc cō
plet̄ primus ſyllogiſmus quo concluditur ꝙ oē animal
nō eſt natum ſentire de ſenſibilibus niſi illa que reddun
tur ꝑ carnē per aerē aut aq̄ ⁊ ꝑ aq̄ ītelligit qd̄cūq3 dia
phanū quo mediante aliquid videt̄. ⁊ tunc vlterius ꝓ/
cedendū eſt ſicut dicebatur ꝙ omne quod reddit̄ ꝑ car/
nē ⁊c̄. Secūda quidē demonſtratio ſumpta eſt ex parte
inſtrumentorū. ⁊ puto ꝙ oportet ſuppōere ꝙ ſenſus ſē
tientes per mediū ītraneū ſeu cōiunctū nō ſunt niſi duo
. ſ. guſtus ⁊ tactus. ⁊ hoc manifeſtū eſt per ſe. ⁊ tunc ꝓ
batur ꝙ ſenſus qui ſentiunt per media extrinſeca ſolum
ſunt tres ⁊ ſic habetur propoſitū arguendo ſic qꝛ tot de
bent eſſe organa ſenſuū qui ſentiunt per mediū extrinſe/
cū quot modis elementum aliquod poteſt predn̄ari ī or
gano talis ſenſus. hec recipitur pro manifeſta. Nā in or
gano cuiuſlibet ſenſus ſentientis per mediū extrinſecū
debet dominari aliquod elementū. qd̄ manifeſtū ē. Sꝫ
hoc contingit tribus modis ſolū. naꝫ aut dominat̄ aqua
⁊ ſic eſt oculus. aut aer ſolum ⁊ ſic eſt auditus. aut vtrū
q3 in alio ⁊ alio aīali ⁊ ſic eſt odoratus. nam in orgāo odo
ratus aīalis ſentientis odores in aere dominatur aer. ⁊ ī
organo animalis ſentientis in aqua dominatur aqua. vt
videtur velle Ari. ⁊ cōmē. ignis autē non dominatur ꝓ/
prio in aliquo organo. ſed oibus cōis eſt quātū ad parti/
cipationē ſue qualitatis. ſ. caliditatis. nihil enim ſine calo/
re ſenſitiuū eſt vt dicit Ar̄. in littera. terra aūt aut nullius tex.cō.130
ſupple quātū ad dn̄ium. ſ. ſiccitatis ⁊ frigiditatis eſt. aut
in tactu maxime miſcetur. ſ. q̄ntū ad molem ⁊ ſubſtātiā
qꝛ illud mediū aut inſtrumētū indiget cōfirmatione aut
cōſtitutione. hoc ē firmitate ⁊ fixione. ⁊ ideo terra dn̄at̄
in eo. ſ. q̄ntū ad molē ⁊ ſubſtātiā l3 in nullo dn̄et̄ q̄ntum
ad ſuas qualitateſ. Unde Ar̄. in. 3. huius dicit. capillis ⁊
oſſibus nō ſentimus. qꝛ terrea ſunt. relinquit̄ ergo ꝙ. ſo
lū aer ⁊ aqua vel vtriq3 poſſunt in iſtis organis dn̄ari. ⁊ tex.cō.66.
iō cōcludit Ar̄. Unde relinquitur nullū eſſe ſenſitiuū ex
tra aerē aut aquam. ⁊ Cōmē. dicit ꝙ impoſſibile eſt inue
nire inſtr̄m ex igne aqua ⁊ tr̄a. ſed tm̄ poſſibile eſt aut ex
aqua aut aere aut vtroq3. ſi igit̄ eēt ſextus ſenſus contin/
geret aliud elemētū eſſe. ſenſus aūt qui ſunt ex aere aut
aqua ſunt vt auditus aut viſus aut naſus. i. odoratus q̄r
organis dn̄atur aliquod iſtoꝝ aut vtrūq3. Et poſſet de/
mōſtratio ſumpta ex organis ſic formari. Tot debēt eē
organa ſenſuū ⁊ per cōſequens tot ſenſus quot modis
elemētū ſe hꝫ ad organū vel organa ſenſus. hec recipien
da eſt pro manifeſta. ſed elementū ſe hꝫ ad organū ſiue
ad organa ſenſus quq3 modis ⁊ non pluribus quātū ꝑ
tinet ad ſentire. probatio. nā aut vnū elementū eſt cōmu
ne oibus q̄ntū ad participationē ſue qualitatis. vt ignis ſe
hꝫ ad oīa organa ſicut dcm̄ eſt aut vnū elemētū domina
tur in organo. aut plura elementa pn̄t dn̄ari in organo q̄n vt ſupra
tū ad illa diuerſa. Si aūt vnū elemētū dn̄atur in vno or/
gano. aut illud eſt aq̄. ⁊ ſic eſt oculus. Unde Ar̄. dicit
pupilla quidē eſt aqua. aut eſt aer ⁊ ſic eſt auditus. vn̄ ī
lr̄a. auditus aūt aeris ⁊ in cap° de ſono. audit⁹ aūt cōnāt̄
eſt aeri. aut illud elemētū eſt tr̄a ⁊ ſic ē organū tactus ⁊

⁊ guſtus. ⁊ iõ dicit. aut in tactu maxime miſceť. ſi autez
duplex elemẽtũ põt dñari in organo vnius ſenſus ſic eſt vt ſupra
organũ odoratus modo p̃miſſo. Et ideo Ar. dicit olfa/
tus aũt horum vlterius eſt. ⁊ ſic qnqꝫ ſunt modi ſcđm
quos elemẽtũ ſe hꝫ ad organũ ſenſus. quare ⁊c̃. ꝙ ſi ſic
formareť rõ tũc illud quod Ar. dicit. Unde relinquitur
nullũ eẽ ſenſitiuũ extra aerem ⁊ aquã intelligẽdũ ẽ đ ſen
ſitiuis ſenſuum qui cõprehendũt per media extrinſeca.
⁊ ſilr̃ aliud quod dicit Cõmẽ. ꝙ impoſſibile eſt inuenire
inſtr̃m ⁊c. ¶ Tertia demõſtratio ex parte ſenſibiliũ ſic
ordinari põt. Si nõ eſt aliquod corpus ſenſibile preť cor
pora que h̃ ſunt. ſ. in iſto mũdo corporeo in quo nos ſu/
mus. nec aliq̃ q̃litas ſenſibilis preter q̃litates in iſtis cor/
poribus exiſtentes nõ debꝫ eẽ aliqs ſenſus aliꝰ p̃ter iſtos
qnqꝫ. ſed non eſt aliquod corpus ſenſibile preter oĩa cor
pora que ſunt hic. ſ. in iſto mũdo corporeo. nec aliqua q̃
litas ſenſibilis preter oẽs illas que ſunt in iſtis corporibꝰ
Ridiculũ. n. eẽt dicere ꝙ eſſent quedam corpora quali/
tatibus ſenſibilibus informata preter oĩa iſta. ſ. corpa ce/
leſtia ⁊ quatuor elementa ⁊ lapides ⁊ metalla ⁊ plantas
⁊ aĩalia. quare ⁊c̃. ¶ Alr̃ formatur cõmẽ. ſed redit in idẽ ⁊
videat cui placet. Et eſt cõſiderãdũ ꝙ inter ſecũdã ⁊ ter
tiã rõnẽ Ar. interponit quedã v̓ba ex quibꝰ cõmẽ. vide
tur dicere vnã aliã rõnẽ ſic. Si eſſet ſextus ſenſus oporte
ret ꝙ inueniret in hoĩe qui eſt cõpletiſſimũ animaliũ. ⁊
hoc declarat. qꝛ ille ſenſus eẽt neceſſarius ꝓpter meliꝰ.
Nã. n. multũ ſolicita eſt in dando aĩalibus ꝑfectis ip̃os
ſenſus quibus indigent ꝓpter melius. cuius ſignũ eſt qꝛ
dedit talpe oculos ⁊ cooperuit eos cute cũ non indigeat
eis in maiori parte ſue operationis. nã talpa naturalr̃ vi/
uit ſub terra ⁊ cõtingit ipſam ꝑuenire nãlr̃ vſqꝫ ad ſupfi
ciẽ terre fodẽdo. ⁊ iõ ingeniauit ei oculos vt perciperet
qñ eſt ſuper terrã ſicut dicit Albertus. ⁊ coop̃uit eos cu
te non piloſa vt preſeruarentur a terra ⁊ ſup illã refrãge
reť lumẽ q̃ percipet ſe eẽ extra terrã. ⁊ iõ multo magis
nã debuiſſet dediſſe hoĩ illũ ſenſum ſi eẽt. ꝑcipue cũ ſem
ꝑ faciat de poſſibilibus quod melius eſt vt hr̃ in ſcđo de
tex. cõ. 58. gñatiõe. Ex quibus oĩbus pꝫ ꝙ nõ eſt alius ſenſus pre/
ter qnqꝫ. dico aũt hos viſũ ⁊c̃. Cõſiderãdũ aũt ꝙ iſti ſen
ſus nõ debent intelligi eſſe qnqꝫ ꝓ tanto ſic. ſ. ꝙ vnuſqſ/
qꝫ eoꝝ ſit vnus in ſe ſecũdũ ſpẽꝫ ſpãliſſimã. ſic enim tac/
tus nõ eẽt plures formalr̃. ſed ꝓ tãto qꝛ quilꝫ eoꝝ ꝑ ſe ſũ
ptꝰ eſt quodãmõ vnus ẜm ſbaꝫ vel ẽt ẜm analogiã. nam
ãbo p̃ncipia viſiõis nãliter in exñtia. ſ. actiuũ ⁊ paſſiuum
ſunt vnus ſenſus ẜm analogiaꝫ in q̃tũ ſunt ad vnũ fineꝫ
. ſ. ad viſionẽ. ſilr̃ aũt ⁊ in alijs. ⁊ ipſe tactus eſt vnus nã
liter vt dcm̃ fuit prius. Sic igiť ſi dcm̃ Ar. debet eẽ vex
. ſ. ꝙ non ſit ſenſus alius p̃ter qnqꝫ oꝫ tactũ computar̃ ꝓ
vno ⁊ oꝫ vnũquẽqꝫ alioꝝ quos enumerat cõputare ꝓ
vno quod rõnabiliter põt fieri cã predicta. Et eſt ſimilis
modus loquendi ſicut dr̃ in p̃mo phy. in p̂ncipio. ꝙ prin
cipia intrinſeca reꝝ nãliũ nõ ſunt niſi tria. ſ. materia. for̃a
⁊ p̃uatio. nõ. n. intelr̃ ſic ꝙ quodlibet illoꝝ ſit vnũ ẜꝫ ſpe
ciẽ ſpãliſſimã. forma. n. diciť de pluribus formis que nõ
ſunt eiuſdẽ ſpẽi ſpecialiſſime. ⁊ ſilr̃ materia nõ eſt eiuſdẽ
ſpẽi ſpecialiſſime in iſtis inferioribus ⁊ in corporibus ce/
leſtibus. ſed intelligẽda ſunt ſic eẽ tria ꝙ qđlꝫ illoꝝ ẽ vnũ
ẜm analogiã. ¶ Ex his ad primã rõnẽ. ſi. n. intelligereť
eẽ quinqꝫ ẜm ſpẽm ſpãliſſimã tũc rõ cõcluderet neceſſa
rio. ſed nõ ſic eſt intelligẽdũ ſed vt dixi. Uel eſt dicendũ
ꝙ in iſta enũciatione cõputat tactũ ꝓ vno ⁊ ſic de alijs.
¶ Ad aliã põt dici ꝙ lꝫ ſentire viſu nõ ſit vnũ oĩno ẜm
ſpẽm ſpãliſſimã. videre enim colorem ⁊ videre lumẽ ⁊
videre tenebrã nõ ſunt vnicus actus ẜm ſpẽꝫ ſpãliſſimã
tñ ſunt vnũ ẜm genus ꝓpinquũ. ⁊ hec vnitas actus dr̃
ſufficere ad vnitatẽ virtutis. ¶ Ad aliã põt negari maior
⁊ cũ diciť ꝙ per hoc ꝓbat Ar. in. 6. ethicoꝝ ꝙ ſcientifi/
cũ ⁊c. poſſet dici ꝙ nõ intelligit ſcientificũ ⁊ conſiliatiuuꝫ
eſſe virtutes penitus diuerſas ẜm ſuas eſſentias ⁊ ẜm
res abſolutas. ſed ẜm reſpectus ita ꝙ alius eſt reſpectꝰ
v̓tutis intellectiue ad ſcibilia neceſſaria ⁊ alius ad cõtin
gentia poſſibilia alr̃ ſe hr̃e de quibus eſt conſiliũ. Et ſilr̃
alius eſt reſpectus ⁊ habitudo potẽtie viſiue ad lumẽ ⁊
ad colores. ¶ Uel diceret ꝙ vna potẽtia nõ eſt perpe/
tuoꝝ ⁊ corruptibiliũ niſi vnũ illoꝝ ſit principiũ cognitio/
nis alterius ⁊ ꝙ vnũ eoꝝ immutet mediante alio vl̃ ſuo
ſilr̃. modo color non immutat viſum niſi mediante lumi
ne aliquo. quare ⁊c̃.

## ¶ Textu. cõmen. c. xxx v.

## ¶ Quoniam autem ſentimus quod uidemuſ ⁊ audimus neceſſe eſt uiſu ſentire ⁊c.

### ¶ Queſtio. xxxiii.

Hic queriť vtꝝ ſenſus particularis co/
gnoſcat ſuã propriã operationẽ. vt
viſus viſionẽ ⁊ ſic đ ceteris. Arguiť primo ꝙ
ſic. qꝛ ſicut ſe hꝫ intellectus ad intelligere ſic ſẽ
ſus ad ſentire per cõuenientẽ ſimilitudinẽ. ſed intellectus
cognoſcit ſuũ intelligere vt pꝫ in tertio hꝰ. alr̃. n. nõ poſſꝫ
oſtendi ⁊ declarari qualr̃ ſit ipſuꝫ intelliger̃. Quare ⁊c̃.
¶ Jtẽ autẽ viſus cognoſcit ipſam viſionẽ aut qdã aliꝰ ſen
ſus. hec diuiſio videť eẽ ſufficiens. cũ enim ipſa viſio ſit
quoddã ſentire ſingulare in corpore neceſſe ẽ vt ab aliq̊
ſenſu cognoſcať. aut enim eã cognoſcit viſus aut aliquis
alius ſenſus. Nõ eſt dicendũ ꝙ alius ſenſus. qꝛ viſio co
loris non põt cogniſci ſine colore. ergo ille alius ſenſus co
gnoſceret colorẽ ⁊ ſi duo ſenſus eẽnt cognoſcitiui vniꝰ ſen
ſibilis proprij. ſ. coloris quod videť incõueniens. Nam
ꝓpriũ ſenſibile nõ cõtingit alio ſenſu ſentiri vt dicit ĩ iſto.
2º. ergo ⁊c̃. ¶ Jtẽ ſi alius ſenſus cognoſcit operationem
viſus ille ſenſus hꝫ operationẽ aliquã. hoc ẽ manifeſtuꝫ.
aut ergo cognoſcit eã. aut non. ſi cognoſcit eam eadẽ rõ/
ne viſus cognoſcit ſuã operationẽ. cũ ergo oĩs ſenſus ſit
virtus organica ⁊ in magnitudine nõ videť eẽ rõ quare
vnus cognoſcat ſuã operationẽ ⁊ nõ alius. ſi vero ille ſen
ſus nõ cognoſcat ſuaꝫ opatiõeꝫ oꝫ tũc ꝙ alius ſenſus eã
cognoſcat ⁊ reuertetur queſtio in infinitũ. aut oportꝫ cõ
cedere ꝙ aliquis ſenſus cognoſcat ſuã operationẽ. quare
in principio hoc faciendum. ¶ Oppoſitũ arguitur. nulla
virtus corporea reflectitur ſupra ſe nec ſupra ſuã opera/
rationẽ. h c videtur eẽ manifeſta per differentiã inter v̓/
tutẽ materialem ⁊ immaterialem vt tangitur in libro de
cauſ. ſed ſenſus particularis ẽ virtus organica vt manife
ſtum eſt ex iſto ſecũdo. quare ⁊c̃. ¶ Jſtã queſtionẽ non tex. cõ. 136.
videtur Ar. determinare in p̃ſti capitulo. ſed q̃ſi diſpu/
tatiue ꝓcedit. primo ponẽs duas rõnes ad partẽ affirma
tiuã. ⁊ poſtea ponit aliã ad partẽ negatiuã ⁊ illa ſoluit du
pliciter. vt patet inſpicienti litterã ⁊ cõmẽ. Sed in libro
de ſomno ⁊ vigilia. determinate ponit ꝙ ſenſus particu
laris nõ cognoſcit ſuã operationẽ ꝓpriã. immo ſenſus cõ
munis. ⁊ hꝫ hec verba. Eſt aũt quedam potẽtia cõmu/
nis que ſequitur oẽs. qꝛ ⁊ quod videt audit ⁊ ſentit. non
enim viſus quidem videt qm̃ videt rõnẽ aũt demõſtra
tiuam non videtur inducere neqꝫ hic. ¶ Sed aliqui ar/
guunt ꝑ rõnẽ quã ponit Ar. hic ad quã ſupponunt duo.
Primũ eſt ꝙ ſentire viſu eſt videre. ⁊ hoc videť rõna/
bile. ſicut ſentire auditu eſt audire ⁊ cognoſcere intellcũ
eſt intelligere. Secũdũ eſt ꝙ nihil videť niſi color vl̃ ha
bẽs colorẽ. ⁊ hoc ẽt manifeſtũ eſt. ſicut nihil audiť niſi ſo
nus vel habens ſonũ ⁊ ſic in alijs. Tunc arguitur ſic. Si
viſus ſentiret viſionem ſequereť ꝙ viſio vel eẽt color vl̃
hñs colorẽ. quod videť manifeſtũ incõueniens. ⁊ ꝓba/
tur cõſequẽtia. nã ſentire viſu eſt vidẽ vt dicit prima ſup
põ. ⁊ non videtur niſi color aut hñs colorem per ſcđam
ſuppõnẽ. ergo ⁊c̃. ¶ Sed hec rõ nõ eſt demõſtratiua ĩ
mo Ar. ſoluit eam dupliciter. primo qꝛ viſu ſentire nõ
eſt vnũ. i. vno ſolo modo ⁊ vniuoce dictum. quod đcla
rat. qꝛ cum nos videmus exteriora ſupple colorata viſu
diſcernimus ⁊ lumen ⁊ tenebras ſed non ſimpliciter.
Uno ergo modo dicitur viſus ſentire de eo quod ẽ co/
gnoſcere colorem ⁊ forte hoc eſt videre ẜm famoſã ac/
ceptionẽ. ¶ Alio modo dicitur viſu ſentire. i. diſcernere
ipſum lumen ⁊ alio modo diſcernere tenebras. ⁊ iõ rõ
nõ concluderet niſi aliqd addereť vlterius. ¶ Jtem alr̃

ſolnit Ariſto. nam ipſe viſus dum videt colorem eſt aliq̄
mō coloratus. ⁊ ſilr oīs ſenſus dum ſentit eſt aliquo mō
ipſū ſenſibile ſm ſimilitudinē. qḋ ſic ꝓbat. qꝛ qñcūqꝫ ali/
quoꝝ duoꝝ eſt vn⁹ ⁊ idē actus illud in quo vt in ſubiec/
to eſt ille actus ē ſil'e alteri ⁊ ē ſicut alterū. vt cū aque ca
lefacte ⁊ ignis calefacientis eſt vn⁹ actus ꝯis. ſ. caliditas q̄
recipit̃ in aqua ipſa vtiqꝫ aq̄ eſt quodāmodo ſil'is igni. ſi
militer aūt ⁊ in alijs huiuſmodi. ſed ipſius ſenſus actu ſē
tientis ⁊ ſenſibilis actu ſenſati eſt vn⁹ actus qui recipit̃ in
ſenſu ſubiectiue. ſilr. n. agentis ⁊ patientis ē vnus actus
tex.cō.18. vt pȝ in tertio phy. ⁊ ipſe actus nō recipitur ī agente ſeu
mouēte ſed in moto ſeu paſſo vt habet̃ ibidē. cū g° ſēſus
ſit patiens a ſenſibili ⁊ ſenſibile agēs in ſenſū ſequitur ꝙ
ipſoꝝ debet eē vnus actus cū ipſe ſit in ſenſu ſubiectiue.
⁊ ſic ſequit̃ ꝯclo principalis ꝙ ipſe ſenſus hn̄s actu ſen/
ſationē eſt aliquo mō ſil'is ſenſibili. ⁊ ſic viſio eſt quodā/
modo color vel hn̄s colorē. inquātū viſus videt hȝ in ſe
colorē ſm eē ſpūale. ſilr aūt ⁊ in alijs. ⁊ iō videt̃ ꝙ rō n̄
eſt demōſtratiua. ¶Propter qḋ alij nitunt̃ demr̄are alio
mō ſi ſenſus ꝑticularis cognoſceret ſenſationē ſuā ſeque
ret̃ ꝙ in vno ſenſu ſimul eēnt ſenſatiōes aut cognitiōes ī
finite. qḋ eſt manifeſtū poſſibile. ⁊ ꝓbat̃ ꝯn̄a. ſi dicas ꝙ
viſus cognoſcat ſuā viſionē aut ſuū videre. quero an eo
dē actu cū ipſo videre aut alio. Nō eſt dicendū ꝙ eodē
qꝛ obiectū cognitū nō eſt eſſentialr idē cū ipſa cognitiōe
ꝑcipue cū ſit eius effe ctus aliquo mō. Et iteꝝ. ſi ipſa co/
gnitio viſionis eēt ipſamet viſio eēntialr tūc cū viſio ſit co
gnitio coloris. ſequitur ꝙ cognitio viſiōis eēt cognitio co
loris quod ē abſurdū. ſi ergo det̃ ꝙ cognitio viſionis eſt
ali⁹ act⁹ ab ipſa viſiōe tc̄ ſil' eēnt apud viſum ipſa viſio ⁊
ille actus. ⁊ tūc q̄rat̃ de illo actu an cognoſcat̃ a viſu an n̄
ſi nō. eadē rōne nec ipſa viſio. ſi ſic. quero an eodē actu vl'
alio. nō eodē ſicut prius. ſi alio querat̃ de illo alio ſic̄ pri⁹
⁊ ꝓcedet̃ in infinitū. Imo ſil' erunt actu cognitiōes infini/
te ī vno viſu. quod eſt impoſſibile. Sed q̄uis hec rō ſit
pulchra ⁊ ſubtilis. tn̄ nō eſt oīno tutū ei credere. qꝛ eodē
mō ꝓbaret̃ ꝙ intellectus nō poſſet intelligere ſuā ītelle/
ctionē. qꝛ oporteret infinitas eē intellectiōes ſimul in intel
lectu vt pȝ cōſideranti. Quō aūt ſolueret̃ hec rō vidēdū
eſt in tertio. Et forte diceret̃ ꝙ nō eſt ſil'e de intellectiōe
⁊ ſenſatiōe. qꝛ intellectio eſt oꝑatio abſtracta ⁊ immate/
rialis. ⁊ iō ipſa intelligit̃ eadē intellectiōe cū ipſa. ſed ſen
ſatio eſt oꝑatio corporal'. ⁊ iō neceſſe eſt vt eius cognitio
ſit diuerſa ab ipſa. valeat q̄tū valere pōt. ¶ Alr pōt ar
gui ad cōcluſionē. ſupponēdo primo ꝙ nihil vnū ⁊ idē
pōt ſil' eē in eodē ſpūaliter ⁊ realiter. ¶ Secūdo ꝙ ſēſus
ꝑticularis nihil ſentit niſi hēat ipſū ſpūaliter in ſe. Tunc
arguo ſic. ſi ſenſus particularis cognoſceret ſuā operatio
nē hr̄et eā ſpiritualiter ⁊ intentionalr. hoc ſequit̃ ex ſecū
da ſuppoſitiōe. ſed hoc eſt impoſſibile. qꝛ ipſe ſenſus hȝ
ſuā operatiōem realit̃ apud ſe vt manifeſtū eſt. ⁊ nihil
vnū ⁊ idē hȝ ⁊c̄. vt dicit prima ſuppō. Sed per iſtā rō/
nē videret̃ ꝓbari ꝙ nulla virtus ſenſitiua cognoſcit ſuā
operationē. qꝛ nulla vis ſenſitiua cognoſcit aliqd niſi hēat
eius ſpēm ſeu formā ſpālē. ⁊ oīs virtus ſenſitiua hȝ in ſe
ſuā operationē realr ⁊ ſic nō ſpūaliter. quare ⁊c̄. Dice/
ret̃ ad hoc ꝙ nō eſt ſimile de ſenſibus interorib⁹ ⁊ exte
rioribus. qꝛ ſenſus interiores ſunt magis ſpūales ⁊ per/
fectiores. ⁊ iō magis pn̄t aliqd cognoſcere ſine ſpē q̄ꝫ fa/
ciat ſenſus particularis. ⁊ ſi hoc non ſufficit quere melius
¶ Quidā ſic arguūt. Oē quod cognoſcitur a viſu dȝ ali
quid agere in viſum. cū ſentire ꝯſiſtat in quodā pati a ſē
ſibili. ſed viſio nihil pōt agere in viſū qꝛ actus nō agit in
ſuū propriū ſubm. vt dn̄t. viſio aūt eſt actus viſus. qua
re ⁊c̄. ¶ Itē alij ſic arguūt. ſenſus particularis nō cogno
ſcit niſi ſenſibilia ꝓpria aut cōia. dico per ſe. hec eſt ma/
nifeſta ex iſto. 2. ſed videre nō eſt aliquod ſēſibiliū coīū
vt manifeſtū eſt. nec eſt ſenſibile propriū. qꝛ ſenſibile ꝓ/
priū eſt de genere qualitatis. vt videt̃ inducendo. vide/
re aūt eſt actio vel paſſio vt omnes cōcedūt. ¶ Ad pmā
rōnē dico ꝙ ſil'e eſt in hoc qꝛ ſicut ſentire eſt operatio ſē
ſus. ſic intelligere eſt operatio intellectus vel actus itelle
ctus. Sed eſt diſſimile. qꝛ intellectus eſt incorporeus ⁊
īmaterialis. ⁊ iō magis pōt redire ſupra ſe ⁊ ſuū actum
ſenſus v̄o particularis eſt v̄tus mālis ⁊ in magnitudine.
iō nō pōt reflecti ſuper ſeipſā nec ſuper ſuā operationē
cognoſcendo eā. ⁊ de ſenſu interiori vr̄ eadē rō eo ꝙ eſt
v̄tus organica. Unde dn̄t multi ꝙ virtus cogitatiua que
eſt nobiliſſima v̄tutū māliū cognoſcitiuaꝝ non cognoſcit
ſuū actū qui eſt cogitare. ſed intellectus ipſū cognoſcit.
Quid aūt ſit de hoc mihi eſt dubiū ſed nō plus ad pn̄s.
¶ Ad aliā dicitur ꝙ viſus nō cognoſcit ſuā operationē
ſed qdā alius ſenſus. ſ. cōis ſm ꝙ dicit Aꝛ. in lib. de ſō.
⁊ vig. ⁊ ſimilit̃ operationē illius cognoſcit alia virtus ſu/
perior. ſ. cogitatiua. ipſā aūt oꝑatiōem cogitatiue v̄tutis
cognoſcit intellectus ꝓprie dictus ⁊ ibi eſt ſtatus. ſ. ꝙ in
tellectus cognoſcit ſuū actū ⁊ melius forte videbit̃. Sȝ
quādo arguit̃ ꝯ hoc. qꝛ tūc ille alius ſenſus cognoſceret
colorē. cōcedo ⁊ cū dicit̃ ꝙ duplex ſenſus erit cognoſciti
uus vnius ſenſibilis. ſ. coloris. cōcedo: ſed vnus iſtorū
eſt ſenſus cōis ⁊ alius ꝑticularis. q̄uis aūt vnū ſenſibi/
le ꝓpriū nō cognoſcat̃ a diuerſis ſenſibus tn̄ a diuerſis
ſenſibus quoꝝ vnus eſt cōis ⁊ alter ꝓprius pōt. virtus
enim ſuperior pōt quicqd pōt inferior ⁊ adhuc plus. q̄/
re ⁊c̄. ¶ Ad aliā pōt dici ꝙ nō ꝓcedetur in infinitū in v̄/
tutibus cognoſcitiuis. qꝛ ipſe intellectus erit cognoſciti/
uus oīum inferioꝝ virtutū ⁊ operationū ſuaꝝ. ⁊ ipſe ꝓ
priā operationē cognoſcit cū ſit immaterialis. quare non
valet. Si quis aūt teneret aliā viā poſſet inniti huic rō/
ni. qꝛ ſenſus particularis cognoſcit ꝑuationē cognoſcen/
do ſe non īmutari a ſenſibili vt viſus cognoſcit tenebrā
cognoſcendo ſe nō immutari a luīe. ⁊ auditus cognoſcit
ſilentiū cognoſcendo ſe non īmutari a ſono ⁊ ſilr in alijs
cui⁹ ſignū ponūt aliqui ꝙ ſi aliquis hō hn̄s oclos clauſos
ducat̃ ad locū tenebroſū ipſi quādiu tenebit oculos clau
ſos nō cognoſcet an ſit in tenebris vel in luīe. ⁊ ſtatī ſi a
ꝑiet oculos ꝑcipiet ſe eſſe in tenebris. quod non videt̃ fie
ri niſi qꝛ viſus cognoſcit tenebrā cognoſcēdo ſe nō immu
tari a luīe. ſe aūt nō īmutari a luīe cognoſcere nō pōt niſi
cognoſcat aut cognouerit ſe īmutatū fuiſſe que negatio n̄
cognoſcitur niſi per affirmationē aliquo modo. ⁊ ſic cum
īmutari a luīe ſit operatio viſus ſequitur ꝙ viſus cogno/
ſcit ſuā operationē. nō tn̄ ex hoc ſequit̃ ꝙ cognoſcat ſuā
ſenſationē. ſ. viſionē. qꝛ viſio luīs nō eſt formaliter ⁊ eēn
tialiter ipſa immutatio viſus a luīe vt ſatis patet ex pre/
cedentibus. quare ⁊c̄.

## Tex. cō. cxxxix.

¶ Actiui enim et motiui actus ſit in patiente
vnde non neceſſe eſt mouens moueri ⁊c.

## ¶ Queſtio. xxxiiii.

Ueritur h̄. Utꝝ ſenſibile agat in ſē
ſuū. Arguit̃ primo ꝙ nō
qꝛ agens ⁊ patiens d̄bent eſſe ꝯria vt hr̄ pri/ tex.cō.50.
mo de generatiōe. nūc aūt ipſū ſenſibile nō ē
ꝯriū ſenſui vt manifeſtū eſt. quar̄ ⁊c̄. ¶ Oppoſitū vult tex.cō.138
Ari. plane in iſto capitulo. vult. n. ꝙ ſenſibilis ⁊ ſenſus ē
vnus ⁊ idē actus. qꝛ ſenſibile agit ī ſenſū. actiui aūt ⁊ paſ
ſiui vnus eſt actus vt dicit. q̄re ⁊c̄. Quidā ſocioꝝ noſtro
rū vr̄ intēdere ī oꝑe ſuo de ſenſu ꝙ ſenſibile non agit ꝑ
ſe in ſenſū per iſtā rōnē. qꝛ agens ⁊ patiēs referuntur ad cōmē.20.
inuicē diuerſis relatiōibus vt hr̄ ex qnto meta. cap. d̄ ad
aliqd. ſed ſenſibile ⁊ ſenſus nō referūtur adinuicē diuer
ſis relatiōibus. ſenſibile. n. nō refertur ad ſenſū niſi qꝛ ſē/
ſus refert̃ ad ſenſibile. ſicut intelligibile non refert̃ ad in
tellcm̄ niſi qꝛ ītellcūs refert̃ ad intelligibile vt dr̄ ibidem vt ſupra
q̄re ⁊c̄. ¶ Sed hoc vr̄ ꝯdicere Aꝛ. primo in hoc cap. ⁊
in multis locis ſicut dcm̄ eſt. ex alio. n. nō ꝯuincit ꝙ ſenſi
bilis ⁊ ſenſus ſit vnus ⁊ idē actus niſi qꝛ ſenſus patit̃ a ſē tex.cō.51.
ſibili. ⁊ agētis ⁊ patiētis vnus eſt actus. ¶ Itē in. 2. hui⁹
dicit ꝙ ſētire accidit in q̄dā pati ⁊ moueri. qḋ nō vr̄ niſi
ſenſus ꝑticularis patiat̃ a ſenſibili. ¶ Itē ipſe vult in ſe/ tex.cō.59.
quēti cap. ꝙ huius oꝑatiōis. ſ. ſentire actiua ſunt extra. ſ.
viſibile audibile ⁊ reliqua ſenſibiliū. qḋ nō eēt niſi ſenſi/

tex.cõ.74 bile ageret in ipſũ ſenſuꝫ. ¶ Itē in capitulo de viſibili di
cit. Patiente enim aliquo ſenſitiuo fit ipſũ ſentire. nõ aũt
intelligit ſenſũ pati niſi a ſenſibili. ¶ Itē in tertio hui⁹ dic
tex.cõ.28. ſic. Videt̃ aũt ſenſibile ex potētia exiſtēte ſenſitiuo actu a
gens. Et ſi dicat̃ ꝙ oĩa iſta ſunt principia vera ꝑ accidēs
ſ. qꝛ ſenſibile agit in organũ ſenſus ⁊ ipſũ organũ ſenſus
in quo eſt ſenſus hꝫ quādā potētiā receptiuam a ſenſibili
cõmunē ſibi ⁊ medijs inaĩatis. ¶ Cõtra hoc arguit vn⁹
alter. qꝛ ſermones in demõſtratiuis ſunt intelligēdi de ꝑ
ſe niſi determinent̃. ⁊ iõ cũ Ar. abſolute dicat ſenſibile
agere in ſenſum ⁊ ſenſũ pati a ſenſibili. hoc vr̃ eſſe verũ
per ſe ſm intētionē Ar. Et hoc magis puto verũ q̃uis in
primo tractatu de ſenſu agente quē ordinaui dixeriꝫ illā
rõnē grã exercitatiõis. ⁊ inq̃ſitionis ſicut q̃ſdā alias quas
ibidē poſui. illud. n. fuit primũ opus qđ ordinaui. ⁊ i illo
ꝓpter diuerſoꝝ doctoꝝ reuerētiā diuerſas vias tetigi q
bus ad aliquas rõnes rñderi poteſt. nec oēs tñ aſſerebā
veras. ſed ꝓbabiles ⁊ ad exercitationē eas poſui. ¶ Di
co ergo nunc ad queſtionē ꝙ ſenſibile eſt ꝑ ſe actiuũ in
ſenſũ. qꝛ illud quod per ſui naturā reducit aliq̃d ad ſuuꝫ
actũ per ſe eſt actiuũ in ipm. hec videt̃ eē manifeſte ex i-
tex.cõ.18. tētione. Cõmē. ⁊ in. 12. meta. ⁊ eā attribuit Ar. di. ꝙ a-
gēs veꝝ apud Ar. nõ cõgregat inter diuerſa ſed extra-
hit illud quod erat in potētia ad actũ. ſed ipſũ ſenſibile ex
trahit ſenſũ de potētia ad actũ ſicut agens diſpoſitiuũ im
primēdo ei ſuā ſpēm qua preparat̃ ad ſenſationē vt ꝓus
dcm̃ fuit ⁊c̃. Et huius manifeſtũ ſignũ videt̃ eē ꝙ ſēſus
particularis nõ poteſt ſentire niſi preſente ſenſibili exteri
ori. quod ꝓ alio cõtingere nõ videt̃. niſi qꝛ recipit ab ip
ſo aliq̃d neceſſariũ ad ſentire. ñ. n. indiget ipſo vt actio ei⁹
recipiatur in eo. qꝛ cõſtant ſcdm̃ Ar. ꝙ actio ſenſus eſt i
manēs ⁊ non trāſiens in ſenſibile ſm eē qđ hꝫ extra aĩaꝫ
quare ⁊c̃. ¶ Ad rõnē iſtius põt reſponderi breuiter ꝙ
ſenſibile ⁊ ſenſus põt cõſiderari dupl'r. Uno mõ inq̃tũ
ſenſibile eſt actu ſenſatũ ⁊ ſenſus actu ſentiēs. ⁊ ſic ſenſus
⁊ ſenſibile nõ referũtur adinuicē diuerſis relatiõibus ex
iſtentibus in eis. ſicut enim nõ eſt alia ſenſatio qua ſenſi-
bile dr̃ ſenſibile ⁊ ſenſatũ ⁊ alia qua ſenſus eſt ſēciēs. im
mo eadē ſenſatione nũero q̃ ſenſus eſt ſentiens ipm ſenſi
bile eſt ſenſatũ. nec ſenſibile ē ſenſatũ niſi qꝛ ſenſus ē ſen
tiens. ſicut non eſt alia relatio ſenſibilis vt ſenſatũ eſt ⁊ ſē
ſus vt ſentiēs eſt. Alio mõ põt conſiderari ſenſibile vt a-
gens ⁊ ſenſus vt patiens. ⁊ hoc mõ bene põt eſſe alia ⁊
alia relatio ipſoꝝ adinuicē ſicut. n. actio qua formal'r agēs
denoĩat̃ agens eſt aliq̃d eſſential'r aliud a paſſione q̃ for-
malit̃ aliquid denoĩatur patiens. ſic põt eſſe alia relatio ſē
ſibilis vt agens eſt ad ipſum ſenſum ⁊ ſenſus vt patiens
eſt ab ipſo ſenſibili. niſi dicatur eē cā. quare nõ. ¶ Al'r di
cũt aliqui ꝙ illud dictũ Ar. eſt intelligendũ pro agēte qđ
agit real'r. ⁊ corporal'r ⁊ de patiente quod recipit corpa
tex.cõ.121. liter ⁊ materialiter. Senſus aũt recipit a ſenſibili ſpũalit̃
⁊ immaterialiter quoquo mõ ſm illud Ar. Oportet aũt
vl'r de oĩ ſenſu accipere qm̃ eſt ſuſceptiuus ſpecieꝝ ſine
mã. ¶ Ad priorem rõnē dicendũ ꝙ maior eſt vera de
patiente paſſione corruptiua ſed de paſſione perfectiua
ſolum ſine abiectione contrarij non eſt vera. ⁊ ſic eſt i ꝓ
poſito vt patuit prius. quare non valet.

## Tex. cõ. cxliii.

¶ Si autem ſimphonia uox quedam ē uox
autem ⁊ auditus eſt ſicut unum et eſt ſicut nõ
unum ⁊c.

## ¶ Queſtio. .xxxv.

Conſequenter queꝛit̃. vtꝝ excellēs ſen-
ſibile corrũpat ſenſuꝫ. Arguit̃ primo ꝙ nõ
qꝛ ſicut ſe hꝫ intellectus ad intelligibile ſic ſē
ſus ad ſenſibile. ⁊ ſicut intelligibile ad itel-
tex.cõ.3. lectũ ſic ſenſibile ad ſenſũ per cõuenietē ſimilitudinē ter-
tex.cõ.7. tio. h⁹. ſed excellens intelligibile nõ corrũpit intellcm̃. vt
pꝫ in tertio h⁹. imo intellectus cũ intellexerit aliquod val
de excellēs intelligibile nõ minus intelligit infima. ſꝫ ma-
gis. ¶ Itē illud qđ agit ſpũal'r in aliquid non corrumpit
ipſũ. hoc vr̃ manifeſtũ. nã corruptio eſt effcũs real' ⁊ ñ
ſpũalis. nũc ipſũ ſenſibile agit ſpũaliter in ſenſum. vt ma
nifeſtũ eſt in iſto ſcđo. quare ⁊c̃. ¶ Itē forma nõ corrũ-
pit̃ ſicut neq̃ gñatur ſed cõpoſitũ ſeptimo metap. ſꝫ ſen tex.cõ.121.
ſus eſt quedā forma. ſ. organi corporalis vt pꝫ in iſto. 2. tex.cõ.27.
q̃re ⁊c̃. ¶ Oppoſitũ dicit Ar. in lr̃a ⁊ cõmē. ⁊ oēs alij. tex.cõ.143
Dicēdũ ꝙ excellens ſenſibile corrũpit ſenſũ aut ſimpl'r
⁊ totaliter. aut in parte ipſũ debilitando. Cuius rõnem
aſſignat Ar. in littera. ⁊ poteſt ſic ſyllogizari. Oĩs virtus
conſiſtēs in proportione determinata corrũpitur ab illo
quod diſſoluit illam ꝓportionē. hec eſt manifeſta. ſicut
ſanitas q̃ cõſiſtit in determinata ꝓportione calidoꝝ frigi
gidoꝝ humidoꝝ ⁊ ſiccoꝝ corrumpitur ab illo quod diſ-
ſoluit iſta ꝓportionata ſibi inuicē vt manifeſtũ eſt. ⁊ ſimi
liter in rebus artificialibus pꝫ. v̓tus enim faciendi ſim-
phoniā. i. cõſonātiā delectabilē exñs in cordis pſalterij ⁊
cithare aut viole ꝓportionē q̃ſdā habentibus corrũpitur
ab illo quod corrũpit illam ꝓportionē ⁊ hoc ē qđ Ar. tex.cõ.125
dicit ꝙ ſymphonia ⁊ tonus corrũpit̃ percuſſis fortit̃ cor
dis. ſed ipſe ſenſus cõſiſtit in quadā ꝓportiõe determiã
ta tanq̃ in diſpoſitiõe neceſſario requiſita ad eius exñtiā
in organo. vt tactus conſiſtit in determinata cõplexiõe ꝓ
portionata qualitatũ tangibiliũ. ⁊ ſil'r exiſtimandũ eſt in
alijs ſenſibus. lꝫ ꝓportiones in quib⁹ alij ſenſus exiſtũt ñ
ſint noĩate nec multũ note. De his aũt ſpālius eſt ingrē
dũ in de partibus aĩaliũ. ⁊ in anothomijs. ⁊ in de ſenſu
⁊ ſenſato. Et iõ Ar. dicit hic. ꝙ ſenſus eſt rõ. i. virtus q̃
dā in rõne. i. in ꝓportiõe fundata. cuius ſignũ eſt ꝙ ſen-
ſus delectat̃ in ſenſibili ꝓportiõato ſicut manifeſtũ eſt ad vt ſupra.
ſenſum. ⁊ etiā Ar. innuit in littera. hoc aũt nõ videt̃ con
tingere propt̃ aliud niſi qꝛ ſenſus ipſe eſt quedā ꝓportõ
vel v̓tus fundata in proportione aliq̃. Excellēs aũt ſenſi-
bile corrũpit illā ꝓportiõeꝫ faciēdo vnā qualitatũ nimis
excellere vt eſt videre in q̃litatibus tangibilib⁹ ſpāl'r. cuꝫ
enim fortis color ⁊ nimis excellēs agit in organũ tactus
facit in eo fortiorē caliditatē q̃ permittat v̓tus tactiua. ⁊
ſic de ceteris ſimili mõ niſi ꝙ i hoc drñt tangibilia ab alijs
ſenſibilibus. qꝛ excellētia tangibilia non ſolũ corrumpũt
tactũ. ſed ēt corrumpunt aĩal. vt vult Ar. in iſto tertio ⁊ tex.cõ.vlt.
in de ſenſu ⁊ ſenſato. ⁊ dicit ibi Alexander ꝙ oſtenſum
eſt in fine tertij de aĩa ꝙ aĩalia priuata tactu ſimul eē deſi
nũt. medietatis. n. ⁊ cõmēſuratiõis corporis in qua aĩal' ē
eſſe corruptio tactus eſt corruptio. alia v̓o ſenſibilia nõ ſē
per alios ſenſus corrũpendo corrũpunt aĩal. põt. n. excel
lens viſibile vt valde fulgidum. v. g. lumē ſolis corrum
pere viſum ⁊ nõ deſtruere ipꝫ aĩal. ſimiliter aũt ⁊ i alijs
¶ Ad primā rõnē dico ꝙ nõ eſt ſil'e. qꝛ intellectus nõ eſt
v̓tus in corpore ſed imaterialis ⁊ ſeꝑatus. ⁊ iõ nõ corrũ
pitur. Sēſus aũt eſt virtus i corpore determinato ⁊ dter
minate diſpoſito. ideo ⁊c̃. ¶ Ad aliam cũ dicit̃. illud qđ
agit ſpũaliter. ⁊c̃. verum eſt ſi agit ſolum ſpiritualiter. Et
cum dr̃ ꝙ ſenſibile agit ⁊c̃. dico ꝙ ſenſibile temꝑatuꝫ vl'
non excellens ſoluꝫ ſpiritualiter agit in ſenſum ſed ſenſi-
bile excellēs nõ ſolum agit ſpiritualit̃ in ſenſuꝫ ſed agit re
aliter in organuꝫ ipſum indiſponēdo. iõ ⁊c̃. ¶ Ad aliam
cuꝫ dr̃. forma nõ corrumpitur ⁊c̃. dico cõiter ꝙ hñ veꝝ
eſt per ſe ſed ſiñ corrumpitur per accñs. ſ. ad corruptio-
nē ꝓportiõis quā requirit ad ſuum eē in organo corpo-
rali. ¶ Sꝫ q̃ hoc eſt. qꝛ ſermones in demõſtratiuis intel-
ligēdi ſunt per ſe mõ Ar. dicit ſenſum corrumpi a ſenſi-
bilibus excellentibus. ⁊ iõ dicitur ꝙ forma nõ corrum-
pit̃ ꝑ ſe. i. ſeorſuꝫ ⁊ diuiſim a cõpoſito ſicut nec gñat̃ per
ſe diuiſim ⁊ ſeorſum a cõpoſito ⁊ a materia. ſed hñ gña-
tur per ſe in alio. ⁊ ſimilit̃ in alio corrumpit̃. ſ. in materia
⁊ hoc vocat Ar. gñari per accidēs per oppſitum ad ꝑ
ſe et ſolitarie et nõ ꝑ oppoſitum ad per ſui naturam im-
mo ꝑ ſui nãm generat̃ et corrumpit̃. vt alibi declaratuꝫ
ē. quare non valet.

## ¶ Tex. cõ. cxliiii

¶ Unuſquiſqꝫ quidem ſenſus ſubiecti ſenſi/
bilis ē qui ē in ſenſitiuo inquātū ſenſitiuuꝫ ⁊c.

## ¶ Queſtio. xxxvi.

Ueritur ꝟ vtꝝ ſenſus cõis ſit vnus
ſenſus. Arguit̄ primo ꝙ ñ
q꞉ oīs ſenſus vnus ē vnius ꝯrietatis. vt dicit
tex.cõ.107 Ar.in iſto.2.ca.de tāgibili.ſed ſēſus ꝯis nõ ē
ſolū vnius ꝯrietatis.īmo oīuꝫ cõtrarietatū que ſūt in ſen
ſibilibus oīuꝫ ſenſuū .quare ⁊c̄. ¶ Itē vna v̄tus nõ p̄t
ſimul moueri motibus ꝯtrarijs.hec eſt euidēs.ſed ſēſus
ꝯis põt ſimul moueri motib⁹ ꝯtrarijs.p̄t.n.ſimul moue
ri ab albo ⁊ nigro. ⁊ hec ſūt ꝯtraria. ⁊ ſilr̄ motus quos
faciūt ſunt ꝯtrarij ergo ⁊c̄. ¶ Itē vnū paſſiuū nõ põt ſil̄
pati a diuerſis actiuis gn̄e diſtinctis.ſicut p̄ſa paſſiua nõ
patiūtur ab vno agēte modo ſenſus ꝯis patitur ab agē/
tibus genere diuerſis.ſ.a coloribus ⁊ ſonis ⁊ ſaporibus
vt pꝫ in lr̄a.quare ⁊c̄. ¶ Itē ſi ſenſus ꝯis eēt vnus tc̄ nā
faceret per plura qð põt per vnū.ſed hoc ē f̄lm.q꞉ ſem
tex.cõ.58. ꝑ nā facit qð melius eſt de poſſibilib⁹. vt dicit Ar.in.2°
de gn̄atiõe.melius aūt eſt facere per vnū q̄ꝫ ꝑ plura illð
tex.cõ.48 qð p̄t fieri ꝑ vnū vt dr̄ ī octauo phy. ⁊ pꝫ ꝯn̄a.q꞉ nā dat
aīali ꝗnqꝫ ſenſus particulares ad cognoſcendum ſenſibi/
lia.ſi igit̄ ſenſus ꝯis qui ea cognoſcit eēt vnus ſenſus tūc
tex.ꝯ.145 faceret ꝑ plura qð põt facere per vnū.quod ē incõueni/
ens. ¶ Oppoſitū vult Ar.in lr̄a. ¶ Ad euidētiā qõis ē
ꝯſiderādū ꝙ vnus ſenſus ꝑticularis nõ cognoſcit ꝓpriū
ſenſibile alterius. vt viſus non cognoſcit ſonū nec audit⁹
colorē. ⁊ ſilr̄ in alijs. ⁊ hoc manifeſtū eſt per ſe. Unde ⁊
Ar.in iſto ſecūdo ca. Dicēdū āt ſm vnūquēqꝫ ſenſuuꝫ.
dicit ꝙ ſenſibile ꝓpriū eſt illud qð nõ cõtingit altero ſen
ſu ſentiri. Ulterius eſt intelligendū ꝙ nulla virtus poteſt
cognoſcere dr̄iaꝫ īter aliqua duo niſi cognoſcat vtrūqꝫ il
loꝝ. ⁊ hoc ēt manifeſtū eſt quaſi per ſe.ſed Ar.ꝺclarat ī
ſili. Si.n. vnus hõ cognoſceret albū ⁊ ignoraret dulce ⁊
alius cognoſceret dulce ⁊ ignoraret albū.lꝫ realr̄ eēt dif
ferentia īter albū ⁊ dulce tn̄ nullus eoꝝ cognoſceret dif/
ferentiā.ſic eſt in ꝓpoſito.q꞉ aīa nihil cognoſcit niſi me/
diante aliq̄ v̄tute cognoſcitiua.ſi vna v̄tus cognoſcerꝫ al
bū ⁊ penitus ignoraret dulce. ⁊ alia ecõuerſo.nõ cogno
ſceret̄ dr̄ia īter iſta. ¶ Ulterius accipio ꝙ differentia ſeu
diuerſitas īter albū ⁊ dulce ⁊ ſonū ē ſenſibilis.ſ.cogno/
ſcibilis ab aīa ſenſitiua.q꞉ differentia ſenſibiliū vr̄ eē ſēſi/
bilis aliquo modo ſicut differentia intelligibiliū ē ītelligi/
bilis.ſed albū ⁊ dulce ⁊ ſonus ſūt ſenſibilia.qr̄ ⁊c̄. Tūc
dico ad qõnē duo.primo ꝙ preter ꝗnqꝫ ſenſus ꝑticula/
res de quib⁹ habitū eſt neceſſe eſt quēdā aliū ſenſū eē.2°
dico ꝙ iſte ſenſus eſt vnus cognoſcitiu⁹ oīum ſenſibiliuꝫ
ꝓprioꝝ ⁊ cõiuꝫ. Primū ꝓbatur.q꞉ ſi non eēt alius ſen/
ſus preter ꝗnqꝫ ſenſus ꝑticulares tūc diuerſitas īter albū
⁊ dulce nõ eēt nota per ſenſū.ſed hoc ē incõueniēs vt pꝫ
ex prima ſuppoſitione . ⁊ ꝓbat̄ ꝯn̄a .q꞉ ꝯſtat ꝙ viſus lꝫ
ſentiat albū nõ ſentit dulce.nec guſt⁹ ecõuerſo per ꝺmaꝫ
ſuppoſitionē.ergo per ſecūdā ſuppoſitiõeꝫ nec viſus nec
guſtus cognoſcit differentiā īter iſta. ⁊ cõſtat ꝙ nec alius
ꝑticulariū ſenſuū.ſi igit̄ p̄ter oēs iſtos nõ eēt alius ſenſus
manifeſtū eſt ꝙ hec differentia nullo ſenſu cognoſceret̄
⁊ ſic eēt aliquod ſenſibile qð nunq̄ꝫ ſentiret̄.qð eſt ipoſ/
ſibile.q̄re oꝫ p̄ter ꝗnqꝫ ſenſus ꝑticulares eē ſenſū cõem
cognoſcentē iſta ſenſibilia ⁊ alietates inter ea. Dicitur āt
iſte ſenſus ꝯis non quidē cõitate predicatiõis.q꞉ nõ pre/
dicat̄ eēntialr̄ de ſenſibus particularibus.ſed cõitate im/
mutationis.q꞉ ab oībus ſenſibilibus ꝗnqꝫ ſenſuū particu
lariū cõiter īmutatur.quare ⁊c̄. ¶ Scðm ꝓbat̄ q꞉ vir/
tus cognoſcens differentiaꝫ īter aliqua duo dꝫ eē cogno/
ſcitiua illoꝝ duoꝝ. ⁊ ſilr̄ pluriū hoc pꝫ ex dictis.ſed ſen/
ſus cõis eſt cognoſcēs differētiā īter ſenſibilia q̄cūqꝫ ſen
ſuū ꝑticulariū. vt pꝫ ex dictis.quare ⁊c̄. ¶ Sed ē aduer
tēdū ſm Ar.in lr̄a ꝙ ſenſus ꝯis lꝫ ſit vnus ſm ſe eēntia
liter. ⁊ loquor de illo ſenſu cõmuni qui cognoſcit dr̄iam
vel differentias ſenſibiliū diuerſoꝝ geneꝝ.tn̄ nõ eſt vn⁹
penitus ſm eſſe.ſed aliquo mõ diuerſificatus.q꞉ recipit
diuerſas formas ſp̄ūales a diuerſis ſenſibilibus.aliā enīꝫ
ſpēꝫ recipit a colore ⁊ aliaꝫ a ſapore. ⁊ ſic diuerſificat̄ ſm
eſſe ſp̄ūale per habitudinē ad diuerſa ſenſibilia. Et quia
iſtud fuit difficile intelligere ideo Ar.induxit ſermonē in tex.ꝯ.149
via exēpli vt dicit cõmē. Uidemus enim ꝙ punctus in
medio circuli exñs eſt vnus ſm ſe ⁊ tn̄ ſm ꝙ eſt termi/
nus alterius ⁊ alteri⁹ linee ducte ab ipſo ad circūferentiā
diuerſificat̄.aliud enim eſt ipm̄ eſſe terminum hui⁹ linee
⁊ aliud eſt ipm̄ eē terminū alterius. ꝓportionabiliter aūt
eſt in ꝓpoſito.nā ille ſenſus ꝯis eſt vna virtus ſm ſuam
eēntiam ſed differt ſm diuerſa eſſe que recipit a diuerſiſ
ſenſibilibus quorū imutationes ꝑueniunt ad ipſū ⁊ ſecū
dū ꝙ eſt alius ⁊ alius cognoſcit illa diuerſa ſenſibilia . vt
ꝑ formaꝫ albi cognoſcit albū ⁊ per formā dulcis dulce.
ſm aūt ꝙ eſt vnus ⁊ īformat⁹ ſpē diuerſitatis ſic cogno/
ſcit differentiā int̄ illa duo vt vult Ar.in lr̄a ⁊ in.6. eth.
Eſt ēt itelligēdū ſm Cõmē. ꝙ q̄uis iſta virtus ſit vna ſꝫ
formaꝫ tn̄ ipſa eſt multiplicata īſtrumētis eoꝝ que copu
lantur cū ea.i.cū inſtrumento eius ⁊ vt ſit ad vnū dicere
inſtrumētū eius eſt copulatū cū inſtrumentis oīum ꝗn/
qꝫ ſenſuū particulariū.q꞉ aliter nõ poſſet īmutari ab ip/
ſis ſenſibilibus particulariū ſenſuū niſi ſuū inſtrumētum
q̄ꝫdā cõmixtionē haberet cū inſtrumētis ſenſuū que pri/
mo ſunt nata immutari ab illis. ⁊ ꝑꝑ hoc melius eſt dicit
Cõmē. vt virtus primi ſentientis dicat̄ eē vna ſcðm for/
mam ⁊ multa inſtrumētis copulatis cū ea per que tran/
ſeūt motus ſenſibilium quouſqꝫ copulent̄ cū ea quā di
cere ipſam vnū ſm ſubiectum ⁊ multa ſcðm formam.
¶ Itē notādū diligēter ſcðm cõmē. ꝙ iſta v̄tus poteſt
dupl̄r ꝯſiderari. Uno mõ ſcðm ꝙ eſt recipiēs. Alio mõ
ſcðm ꝙ eſt iudicās diuerſa eē diuerſa. Et inquātū ipa ē
recipiens neceſſe eſt eē multiplicatā inſtrumentis aliquo
mõ .inq̄ꝫtū āt eſt iudicās diuerſitatē inter aliqua ſic opor
tet eē vnā ſcðm formā quoquo mõ.q꞉ niſi poneremus
eā eē vnā ſcðm formā nõ poſſem⁹ inuenire aliquid per
qð aīa ſenſitiua iudicet diuerſa eē diuerſa. Nec eſt miꝝ
ꝙ ſic diſtinguimus de iſta v̄tute.q꞉ recipere aliq̄d ē alið
a iudicare illud ⁊ ideo debent inueniri in aliquo duobus
modis diuerſis.pꝫ igit̄ ꝙ ſenſus cõis ē vna virtus quo/
quo mõ ⁊ plures ⁊ qualr̄ vna. ¶ Ad p̄mā rõnē dr̄ cõit̄
ꝙ maior hꝫ ītelligi de ſenſibus ꝑticularibus.pro eo eniꝫ
dn̄r ſenſus ꝑticulares q꞉ vnuſq̄ſqꝫ eoꝝ eſt ꝺterminatus
⁊ limitatus ad aliqð ꝺterminatum genus cognoſcēdum
vt viſus ad colorē ⁊ auditus ad ſonū ⁊ ſic de alijs. vniuſ
āt generis ē vna p̄ma ꝯrietas.iõ oꝫ quēlibet ſenſum ꝑti/
cularē ⁊ ꝓprium eē alius vnius ꝯtrarietatis. vt viſus al/
bi ⁊ nigri ꝯprehēdēdo ſub albo oē viſibile qð eſt albedo
vel ſil̄e albedini ſicut eſt lux clara que putat̄ eē albedo. ⁊
ſilr̄ in ceteris ſuo modo.ſed de ſenſu coī nõ opꝫ.q̄re ⁊c.
¶ Aliter dicunt aliq̄ ꝙ immo ēt ipſe ſenſus ꝯis ē vnius
contrarietatis.ſ.diuerſitatis ⁊ idētitatis ſenſibilium. Iſta
enim ſenſibilia ſolum ſunt diuerſa formaliter .ſed ſūt ea
dem materialiter.i.ſcðm ſubiectum. vt album ⁊ dulce.
⁊ hec cognoſcit ſenſus communis vt dicunt. ¶ Sꝫ hoc
non videtur bene dictum.primo quia diuerſitas forma/
lis ſenſibilium diuerſorum ſenſuum ⁊ eorum identitas
materialis non ſunt contraria immo ſunt ſimul in eodeꝫ
vt manifeſtum eſt. ¶ Item Ar.in iſto ſecundo capitu/ tex.ꝯ.154
lo de numero ſenſuum. dicit ꝙ alterius virtutis non eſt
cognoſcere ꝙ ambo ſint vnum. ⁊ loquitur de ſenſibili ꝑ
ſe ⁊ de ſenſibili per accidens .quaſi velit dicere quod ad
vnam virtutem per ſe non pertinet dicere ꝙ ambo iſta
ſint vnum.ſ.rubeum ⁊ dulce de quibus exemplificat.
cuius ratio aſſignatur ibidem.q꞉ iſta ſunt vnum ſecundū
accidens ⁊ reſpectu eius qð eſt per accidens non opor/
tet eē aliquā virtutem propriam ⁊ ideo melius dicit̄ p°
mõ. ¶ Ad aliam dicitur breuiter ꝙ licet album ⁊ nigꝝ
eſſent contraria tamen motus ſpirituales q̄s faciunt nul
lā hn̄t ꝯtrarietatē ſed ſunt deſperati ⁊ ideo recipi poſſūt
in virtute que eſt eſſentialit̄ vna licet ſit multa aliqualr̄ vt

dictū eſt. ſi tñ iſti motus eēnt ꝯrij vt aliq ꝯcedere viden
tur tunc nunq̄ʒ poſſent recipi in vno ſenſu ſimul. q̄ʒuis
ipſe eēt alius ꝛ alius ſm eēntiā dūmō eſſet vnus in ſub
iecto. nam licet vnum ſubiectuʒ ſit ſimul in potentia ꝛ
ad ꝯria. tñ nunq̄ʒ ſimul ꝛ ſm ideʒ habet actu ꝯria vt dr̄
in lr̄a. ¶ Ad aliā cū dicitur vnū paſſiuū ꝛc. pōt dici ꝙ
verum eſt paſſione corporali ſʒ paſſione ſpirituali poteſt
vt vnus aer patitur ab odore ꝛ ſono ꝛ colore. nec intelli
go ꝙ vnus aer ſm eandē potentiā nālē recipiat ab iſtis
ſed ſm diuerſas. vt a colore ſm ꝙ diaphanū. ꝛ a ſono
ſm ꝙ faciliter mobilis aut ſm aliquod hmōi. ꝛ ab odo
re ſm ꝙ eſt laudabilis euthimie ꝛ ſiccitatis vt dicit̄ in
de ſenſu ꝛ ſenſato. ¶ Aliter pōt dici ꝙ vnū paſſiuū pro
priū nō recipit a diuerſis actiuis. Sed vnū paſſiuū cōe
bñ pōt recipere a diuerſis agentibus corruptibilib⁹. mō
ſenſus cōis eſt vnum paſſiuum cōe non ꝓpriū ꝛ non re
cipit niſi mediantibus diuerſis paſſiuis ꝓprijs. ſ. mediā
tibus diuerſis ſenſibus proprijs. ¶ Ad aliā nego cōſe
quentiā. ꝛ cū dicit̄ ꝙ nā dedit aīalibus qnq̄ʒ ſenſus ꝛc.
veꝝ eſt. ſʒ ſenſus ille cōis nō poteſt immutari ab ipſis
ſenſibilibus niſi mediantibus ſenſibus proprijs. Unde
ꝑ illū modū non potuit nā facere q̄ facit per plura. Veꝝ
eſt igitur ꝙ ſi ſenſus cōis poſſet imutari a ſenſibilibus ꝓ
prijs imediate ſuperfluerent ſenſus ꝑticulares ſed non
ita eſt. Et ſiqs quereret q̄ ſit cā ꝙ ſenſus cōis nō poteſt
imutari a ſenſibilibus niſi mediātibus ꝓprijs ſenſibus,
Dicendū ꝙ hoc ē ex ordine graduū abſtractōis forme
ſenſibilis. nā adeo ꝑfectā abſtractōeʒ ſeu ſpiritualitateʒ
hʒ forma ī ſenſu cōi ꝙ nā forme ñ potuit gñare eaʒ niſi
mediāte ſpē recepta ī ſenſu qꝛ nā ñ ꝓcedit ab vno diſſi
miliū ad alterū niſi per mediū ideo ꝛc.

## Tex. cō. cliii.

**¶ Phantaſia autem alterum eſt ꝛ a ſenſu ꝛ ab ītellectu. ꝛ hoc non fit ſine ſenſu ꝛ ſine hac non eſt opinio. ꝛc.** Qō. xxxvii.

Deinde q̄rit̄ circa capitulū de phāta
ſia vtrū phātaſia ſit ideʒ cuʒ
ſenſu. Arguitur prīo ꝙ ſic: qꝛ cīs virt⁹ co
gnoſcitiua organica vr̄ eſſe ſenſus. in hoc. n.
differt ſenſus ab intellectu. vt pʒ in iſta ſcien
tia. ſed phantaſia eſt virtus cognoſcitiua organica vt ma
tex. cō. 157 niſeſtū eſt per ari. in iſto 2°. ꝛ in 3°. ¶ Item ille virtutes
ſunt eedē q̄ habent idem obiectū hec videtur manifeſta
nam virtutes diſtinguuntur ꝑ actus. ꝛ actus ꝑ obiecta
vt cōiter dr̄: ſed phantaſia hʒ idē obm cū ſenſu. nā ſicut
viſus pōt videre colorē ſic phantaſia pōt ipm phātaſia
ri. ꝛ ſilr̄ eſt de alijs ſenſibus quare ꝛc. ¶ Itē phātaſia
aut eſt ſenſus aut eſt motus factus a ſenſu ſʒ actū. hec
vt ſupra. videtur diuiſio ſufficiens ſm ari. qꝛ phantaſia non pōt
eſſe ſcia nec opio nec intellectus nec cōpoſitū ex opione
ꝛ ſcia vt ſatis oſtendit ari. in lr̄a. Unde ſine dubio relin
quitur ipam eſſe vel ſenſum vel motū ſcm̄ a ſenſu ſm
actuʒ. ſed nō pōt eē motus factus a ſenſu ſm actum ꝓ
batio. qꝛ motus nō remanet deficiēte mouēte hec ē ma
3° te. cō. 18 niſeſta ꝑ ſe. ꝛ habet̄ ex 3°. ꝛ 7°. ꝛ 8°. phycorū. mō de
7° tex. cō. 1 ficiente ſenſu ſm actū adhuc remanet phantaſia vt pʒ ī
8° te. cō. 82 dormiente ſomniāte. in ipſo. n. nō eſt aliqs ſenſus ꝑticu
laris in actu ſentiēdi. vt pʒ ex de ſomno ꝛ vigilia. ꝛ ſi in
ipſo eſt ſenſus cōis in actu ipſe nō mouet phantaſiā. ſed
magis mouet̄ ab imaginatiua per ſpēm in ea reſeruatā
vt habet videri in de ſomno ꝛ vigilia ergo ꝛc. ¶ Op
poſitū vult Ari. in lr̄a. ¶ Ad euidentiā qōnis p̄mittēdā
ſunt aliq̄. ¶ Primo ꝙ virtutes aīe ſenſitiue ſm Alber
tū ſunt diuerſoꝝ generū. quedā ſunt apprehenſiue de
foris. ꝛ iſte dicuntur ſenſus particulares exteriores. ſ. vi
ſus auditus ꝛc. ꝛ dicūtur exteriores. nō qꝛ ſolū ſint ī ex
tremitatibus corꝑis. ſed qꝛ īmutant̄ a ſenſibilibus exte
rioribus non mediātibus alijs virtutibus aīe prius īmu
tatis. vt viſus īmutatur a colore ſine aliquo ſenſu inter
medio. ꝛ auditus a ſono. ꝛ ſic de ceteris. Et dicunt̄ par
ticulares qꝛ vnuſqſq̄ʒ eoꝝ determinatus ē ad aliqđ ge
nus ſenſibiliū ꝛ aliud nō cognoſcit vt viſus ad colores
ꝛ auditus ad ſonos. Alie vero ſunt virtutes apprehēſi
ue de intus. ꝛ hec cōiter vocātur ſenſus interiores qui
non īmutantur a rebus exterioribus niſi mediantibus
alijs ſenſibus. ꝛ iſti ſunt qnq̄ʒ ſm albertū. ſ. ſenſus cō
munis. imaginatiua. cogitatiua. phantaſia ꝛ memoratiua
quaꝝ neceſſitatē ꝛ diſtictionē ſic docet Albertus Ad cu
ius euidentiā p̄mitto duo. Primo ꝙ in indiuiduis ſub
ſtātiaꝝ ꝛ p̄cipue in hominibus nō ſolū ſunt accidentia
ſenſibilia ꝓpria ꝛ cōia ſed ēt in eis ſunt q̄dā ꝓprietates
quas nō cognoſcūt ſenſus ꝑticulares. ſicut ī forte eſt bo
nitas vel malitia vel paternitas vel filiatio ꝛ māſuetudo
vel iracundia vel ſanitas vel egritudo ꝛ qñ ꝛ vbi ꝛ hu
iuſmodi forme quas nullus particulariū ſenſus cogno
ſcit. ꝛ iō dicuntur intentiones nō ſenſate. ꝛ hoc ſatis īſi
nuauit cōmen. in ſuo libello de memoria ꝛ reminiſcen
tia. ¶ Ulterius p̄mitto ꝙ nō eſt vnius ꝛ eiuſdē virtutis
aīe bñ recipe ſpēs ꝛ bñ retinere ſeu ꝯſeruare. cuius rō
eſt ſm albertū ꝛ accipit a cōmē. in ſuo li. de memoria ꝛ
reminiſcentia. qꝛ ad hoc ꝙ virtus ſit bñ receptiua regri
tur dñiū hūiditatis ſuper ſiccū in cōplexione ſui organi
humidi. n. eſt bñ recipe īpreſſiones vt manifeſtū eſt in
aere ꝛ aqua. q̄ʒuis nō bñ retineant. ſed ad bonā retētio
nē regritur magnū dñiū ſiccitatis. ſiccū. n. lʒ cū difficul
tate recipiat. tñ cum recepit bñ retinet ꝛ ꝯſeruat vt pʒ
in lapidibus ꝛ lignis. ¶ His p̄intellectis dico ꝙ nos ex
perimur in nobis ꝙ cognoſcimus diuerſitatē diuerſoꝝ
ſenſibilium. ꝛ ad hoc ſpālr̄ deſeruit ſenſus cōis vt de
claratū fuit. ꝛ ideo pertranſeo. Deinde nos ēt experi
mur in nobis ꝙ in abſētia ſenſibiliū tam cōium q̄ʒ ꝓprio
rū nos reſeruamus ſpēs ipoꝝ ꝛ tenemus. vt abſēte pa
riete tu hēs apud te ſpēm coloris eius ꝛ figure ꝛ hmōi
ſilr̄ aūt ꝛ in alijs. Et hoc eſt per virtutē imaginatiuam
quā ēt qdā vocauerunt theſaurū. ſeu arcaʒ formaꝝ ſen
ſibiliū. ꝛ hoc bene oportuit fieri per aliā virtutē a ſenſu
cōi ꝓpter rōnem p̄tactā. qꝛ non eſt vnius virtutis peni
tus bene retinere ꝛ bene recipere. ¶ Item nos experi
mur in nobis ꝙ nos cognoſcimus ꝓprietates īdiuiduo
rū non ſenſatas. vt cognoſcimus hanc p̄nitatē ꝛ hanc
filiationē. hāc amicitiā ꝛ hanc inimicitiam ꝛ hmōi. ꝛ ad
hoc ponitur virtus cogitatiua. ¶ De hac aūt virtute
multa pulchra ꝛ perutilia docet cōmen. auer. in diuer
ſis locis huius libri. et ego nunc ꝯnectā ea ꝓpter bñ eſſe
vt melius et clarius potero. Primo quidē de iſta vir
tute dicit cōmen. in 2°. huius ꝙ ipa cognoſcit intentōes cōmē. 63.
. i. formas indiuiduales oīum decē predicamentoꝝ vt
formā indiuidualem huius hoīs ſm ꝙ hic hō. et hanc
lineā et hanc albedinē et hanc paternitatē et hanc calefa
ctionē. et hmōi plura. ita ꝙ non tm̄ cognoſcit accidentia
ſenſibilia coīa et ꝓpria ſed intentionē non ſenſatam ꝛ ex
poliat eam ab eis que fuerunt ei coniuncta de ſenſibili
bus communibus et proprijs ſpoliat dico. i. diſtincte et
diuiſim cognoſcit. Unde per tuam virtutem cogitatiuā
tu cognoſcis ꝙ hec anima non eſt idem cum hoc corpo
re. et hoc manifeſtum eſt. et etiam ꝙ hec amicitia non
eſt idem cum hoc colore vel cum hac magnitudine vel
motu vel huiuſmodi. et ipam intentionem reponit cogi
tatiua in virtute memoratiua. vt dicit commen. Iteʒ de
iſta cogitatiua dicit ideʒ commen. in tertio. de anima ꝙ cōmen. 6.
quidam crediderunt eam eſſe intellectum. et hoc ſpe
cialiter attribuitur Galleno. cuius ratio fuit. qꝛ iſta vir
tus eſt propria homini et intellectus eſt proprius homi
ni. ergo ꝛc. Sed hoc non eſt verum. qꝛ intellectus eſt
virtus īmālis ꝛ ſine corpore ſubiecto ꝛ cognoſcit quidi
tatem vlr̄ ꝛ abſtracte. ſed cogitatiua eſt de genere exñ
tium in corpore. ꝛ hoc manifeſtum eſt de ea qꝛ hʒ īſtru
mentum determinatum. ſ. mediū ventriculū cerebri ꝛ
eſt virtus indiuidualis ꝛ indiuidualiter diſticta. nec va
let ratio Galleni qꝛ procedit ex duabus affirmatiuis in
ſecunda figura. Propterea dicit commenta. in eodem
tertio. ꝙ ipſa eſt de genere virtututū ſenſibiliuʒ. et ſub cōmen. 7.
dit ꝙ imagiatiua et cogitatiua et memoratiua nō ſūt niſi

ad preſentandũ in loco virtutis ſenſibilis. ⁊ iõ nõ idiget eis niſi in abſentia ſenſibilis. qđ quomõ ſit itelligendũ videbitur in 3°. deo volẽte. ❡ Rurſus dicit cõ. de iſta
poſitio. ſed intellectus recipit oẽ intelligibile qđ eſt corpꝰ
aut res in corpore vel ſaltem eius ſpẽm ꝓ alio enim non
videtur eẽ neceſſariũ intellectui phantaſma rei ad intelli/
gẽdũ niſi vt ab eo recipiat ſpeciem rei phantaſiate ipſam
vlr repreſentantẽ vt tangebaẽ prius ⁊ forte magis đcla/
rabitur. ergo ⁊c̃. ¶ Itẽ ſi intellectus eẽt corpus aut res i
corpore tunc nõ reciperet niſi indiuidualr. ſicut enim cor
pus nõ exiſtit niſi indiuidualiter ⁊ ſignate ⁊ ſimiliter res
exiſtens in corpore. ſic receptio eius eẽt indiuidualis ⁊ ſi
gnata. ſed cõſeqnẽs eſt impoſſe vt dictũ eſt. ergo oz intel
lectũ ꝓprie dictũ nõ eẽ corpus neqꝫ rez in corpore. ita. ſ.
ꝙ ſit coniunctus corpori in ſubſiſtẽtia. ⁊ ad hanc intentio
nẽ dixit ax. Neceſſe itaqꝫ quoniam omnia intelligit. ſ. cor
pora ⁊ res in corporibus exiſtentes. immixtum eẽ. i. non
multũ vnitũ neqꝫ cõiunctũ eẽ rebus corporalibus nec ex
eis conſtitutũ. ⁊ in hoc ipſe deſtruit errorem illorum an
tiqꝝ qui putauerũt intellectũ ad hoc ꝙ oẽs res itelligerz
eẽ cõpoſitũ ⁊ mixtũ ex ipſis rebꝰ vt dicebaẽ. Qualiẽ aũt
aĩa intelligat res que ſt corpora aut in corporibꝰ cũ nullã
eaꝝ in ſe habeat docuit ax. modicũ ante vbi dixit. ꝙ opz
intellectũ eẽ impaſſibilẽ. ſuſceptiuũ aũt ſpẽi ⁊ potẽtia hu
ius. ſed nõ hoc. i. non corpus neqꝫ virtutẽ in corpore. vt
glo. cõm. Fuerunt aũt decepti iſti antiqui contra quos in
uehit ax. q꜄ non viderunt diuerſitatẽ inter eẽ corporale ⁊
eſſe ſpirituale. nec inter aſſimilationẽ alicuius ad aliud ſz
ſpirituale eſſe ⁊ ſcđm eẽ corporeũ. quod ſi vidiſſent ſuffi
cienter non poſuiſſent ipſam aĩaz eẽ cõpoſitã ex rerũ pn/
cipijs. ⁊ hoc đ primo. ¶ Nũc dico de ſecũdo ꝙ nõ ẽ ne
ceſſe intellcm̃ eſſe denudatũ ab oĩ intelligibili quod ẽ ens
imateriale ⁊ incorporeũ. q꜄ ſicut nihil recipit ſeipſũ ſic ni/
hil eſt denudatũ a ſeipſo hoc eſt manifeſtũ oĩno. ſed itel
lcũs ẽ aliqđ intelligibile imãle ⁊ incorporeũ vt ſatis pz ex
dictis. cũ. enim ens ſufficienẽ diuidaẽ per imateriale ⁊
mãle vt dcm̃ eſt. ⁊ idẽ accipit cõm. in erroribus metap.
vbi dicit. ꝙ notũ eſt per ſe ꝙ nulla nã eſt media inter ab
ſtractũ ⁊ mãle. ſed intellectus eſt aliqua natura ſed non
mere materialis. quia eſſet corpus aut res in corpore. re
linquitur ergo ꝙ vel nihil ſit. quod eſt abſurdum per ſe.
vel. ꝙ ſit ens immateriale ſeu abſtractũ. quod pro eodẽ
habeo hic. Oẽ autem ens eſt itelligibile. vt pz ex iſto ter
tio. Et cõmẽ. dicit in ſuo libello de gñatiõe. ꝙ nullũ ens ẽ
ignotũ naturalr. ergo itellectus nõ eſt denudatus ab oĩ
intelligibili immãli. Qualiẽ autem intellectus poſſibilis i
telligat ſe bona difficultas ẽ. ⁊ oportet de hoc facere ſpe
cialem qõnẽ. Sicut igitur anaxagoras non poſuit intelle
ctũ eẽ đnudatũ ab omni ente vt imperaret. i. vt imperio
ſuo omnia moueret. ſed ab oĩbus entibus que ſunt cor/
pora aut virtutes in corporibus. ſic ax. non voluit intelle
ctuz eẽ denudatũ ab oĩ intelligibili quocũqz modo ſz mo
do predicto. ¶ Dicunt aũt multi ꝙ oportet intellectum
poſſibilẽ de quo loquimur eẽ denudatum ab omni intel
ligibili quod eſt per ſeipſum intelligibile tam materiali.
quã immateriali: nec ſequitur ex hoc ipſum eẽ denuda/
tum a ſeipſo. quia non eſt intelligibilis per ſeipſum cum
ſit ens in pura potentia de ſe ⁊ nullum ens actu de ſe for
maliter vt dicunt. Sed q꜄ hoc idiget cõſideratione ſeor
ſum ⁊ diſtincte. ⁊ eſt multum dubitabile. ideo non acci
pio hoc vt principium. ſufficit aũt mihi ipſum itellectuz
eſſe aliquod itelligibile aliqualr. ⁊ ideo non oportet eſſe
denudatum ab omni itelligibili omnino: lz forte ſit denu
datus ab omni itelligibili. quod eſt ens actu vel actus ⁊
hoc videbitur poſt deo volente. ¶ Sed contra dcã eſt
difficultas non parua. nam per primam rõnem qua fe/
re omnes vtuntur ſm itentionem ariſto. ⁊ Cõmẽ. vide
tur ꝓbari ꝙ aĩa cogitatiua humana nõ eſt aliqua forma
mãlis. cuius tñ opp$^{m}$ vult ari. in iſto 3º. vbi dicit ꝙ itelle tex. cõ. 20
ctus paſſiuus eſt corruptibilis. ⁊ itelligit ꝑ itellectuz paſ
ſiuum vt dicit Cõmen. ipſam virtutem cogitatiuã ꝓpri
am hoi. ergo vult virtutẽ cogitatiuã eſſe corruptibilem.
⁊ per cõſequens aĩa cuius eſt iſta virtus ẽ corruptibilis
qđ non eſſet niſi eẽt forma mãlis. ¶ Itẽ Cõ. dicit in 3º.
huius cõmen. 33º. ꝙ homo nõ eſt generabilis neqꝫ cor
ruptibilis niſi per virtutẽ illam: ⁊ loqtur de cogitatiua. ⁊
ꝓbatur ꝯña. q꜄ ipa aĩa cogitatiua recipit oẽs formas ma
teriales. dicit. n. Cõmen. in 2º. huius. cõmen. 63. ꝙ ipſa
cõphendit itentiones idiuiduales oium. io. p̃dicamen
toꝝ. ⁊ ſic videẽ ꝙ ipſa cognoſcat oẽs formas materiales
quare ⁊c̃. ¶ Ad hoc dñt aliq ꝙ ipſa aĩa cogitatiua nullo
modo cognoſcit ſeipſam neqꝫ ſuã virtutez: q꜄ ſi ipſa co/
gnoſceret ſeipſam aut cognoſceret ſe ꝑ ſuam ſubam aut
per ſpẽm repñtantem ipſam. ſed nõ ꝑ ſuam ſubam. q꜄
tunc ſemꝑ cognoſceret ſeipam. qđ eſt iconueniẽs: nec ꝑ
ſuam ſpẽm repñtantez ipſam. q꜄ ſic ipſa eſſet in actu ⁊ in
potẽtia ſiẽ ad ſuam ſpẽm. Illud. n. cuius eſt aliqua ſpẽs
repreſentatiua mouet recipiens ad illã ſpeciem. vt albe/
do mouet viſum ad ſpeciez repreſentãtẽ albedinẽ. ſimili
ter aũt ⁊ in alijs. igitur ſi aĩa cogitatiua cognoſceret ſeip/
ſam per ſuã ſpẽm ꝓpriam quã reciperet tunc vnũ ⁊ idẽ
. ſ. ipſa anima cogitatiua eſſet mouens ⁊ motũ ſimul re/
ſpectu eiuſdem. ⁊ ſic in actu ⁊ in potẽtia. quod eſt vnum
ipoſſibiliũ. Et iđ vr ꝓbabile ꝙ aĩa cogitatiua non cogno
ſcat ſeipſam. ſed intellectus eſt virtus cuius eſt eã ⁊ eius
actũ cognoſcere. Neqꝫ dixit cõmẽ. ꝙ ipſa aĩa cogitatiua
cognoſcit oẽs formas materiales vt pz inſpicienti cõmẽ
tũ. ſed ꝙ cognoſcat intẽtiones indiuiduales oium. io. p̃/
dicamentoꝝ ſed non omnes. Et ꝙ dicit cõmẽ. exempli
ficando quod anima cogitatiua cognoſcit intentionẽ indi/
uidualem huius hoĩs ⁊ illius que non videtur eſſe niſi
forma eius ſingularis. ⁊ hec eſt anima cogitatiua ſm eũ.
Forte dicendum ꝙ de exemplo non requiritur verifica/
tio. ſed manifeſtatio vt ipſemet dicit commento. 67. 2.
huius. Vel intelligit ꝙ anima cogitatiua comprehendit i
tentionẽ indiuidualem huius hominis ſm ꝙ eſt hoc aĩal
vel hoc corpus ⁊ non ſm ꝙ eſt hic homo per animam
cogitatiuã. ¶ Aliter poteſt dici ꝙ anima cogitatiua vniꝰ
hominis vt ſortis cognoſcit animam cogitatiuam alteriꝰ
vt platonis. ¶ Vel dicendum ꝙ per ſpecies aliarũ for/
marum per tranſmutationem que ſit in ea cum ſit virtꝰ
cogitatiua cognoſcit ſeipſam q̃uis ipſa ſit materialis. vñ
cum dicitur aut cognoſcit ſe per ſpeciem propriam. aut
per ſuam ſubſtantiaz. dico ꝙ neutro modo. ſed per ſpe
ciem aliorum. modo quo dictum eſt. Dicunt tamen ali/
qui ꝙ anima cogitatiua cognoſcit ſeipſam q̃uis ipſa ſit

foꝛma materialis. Et dicunt ꝙ non fuit intentio arꝛ. neqꝫ Cōmē. demōſtrare ꝙ anima nō ſit aliqua foꝛma materialis per hoc ꝙ oēs foꝛmas materiales recipit abſolute. ſꝫ per modū aliuꝫ receptiōis. ſ. qꝛ recipit vniuerſaliter. ⁊ ſic non hꝫ locū in aīa cogitatiua. qꝛ ipſa nō recipit vlr̄ ſed indiuidualiter. Sed ſine dubio hoc videt̄ plane eē cōtra Cōmē. accipit enim iſtas ꝓpoſitiones. ſ. ꝙ iſte intellect⁹ materialis recipit oēs foꝛmas materiales. recipiens eniꝫ omne neceſſe eſt vt ſit denudatum a natura recepti. ⁊ vt ſua ſubſtantia non ſit ſubſtantia recepti in ſpē. ecce ꝙ ſimpliciter ⁊ abſolute ex receptiōe foꝛmaꝝ materialiū ⁊ nō ex modo recipiendi. ſ. vniuerſaliter ꝯcludit Cōm. ꝙ iſte intellectus q̄ dicit̄ materialis nullā hꝫ in ſe de foꝛmis mālibus. Et ſm̄ hoc videt̄ opoꝛtere ꝯcedere ꝙ aīa cogitatiua aut nō ſit foꝛma materialis aut ꝙ non cognoſcat ſeipſam per receptionē ſpēi. Quicquid. n. diceretur ponēdo ipſam cogitatiuā eſſe foꝛmā materialē ⁊ cū hoc recipere oēs foꝛmas materiales diceret̄ ex p̄te intellectus. Propter quod ad preſens mihi videt̄ probabile ꝙ anima cogitatiua non cognoſcat ſeipſaꝫ ſicut nec viſus cognoſcit ſe ipſum. Quātūcūqꝫ enim virtus cogitatiua ſit multo nobilior oībus p̄ticularibus ſenſibus ⁊ ſenſu cōi ⁊ forte oībus virtutibus organicis anime humane. tamen in hoc conuenit cū ſenſu particulari ꝙ ipſa eſt oꝛganica. ſ. in coꝛpore determinato exiſtens ſubiue. ⁊ talis virtus non cognoſcit ſeipſam nec ſuū actum. In huius autem rei teſtimonium induco. Albertum in ſuo cōmento ſuper iſtum tertium. c. 13. ⁊ eius rōnem vbi ſic dicit. Nulla virtutum oꝛganicaꝝ ꝯp̄hendit ſe vel ſuū inſtrumētū. qm̄ imaginatiua neqꝫ ſe neqꝫ ſuū inſtrumētū imaginat̄. ⁊ ſic ē d̄ oīb⁹ alijs potētijs oꝛganicis. ⁊ huius cām diximus ſuperius. qm̄ foꝛa ꝑut ē cōiūcta mē̈ ſue ꝑ eſſe māle n̄ mouet aliq̄ꝫ organoꝝ ⁊ vires aīe q̄ ſt̄ ſb̄ales foꝛe v̄tutē aīe. et qꝛ figure oꝛgāoꝝ cōiūgūt̄ aīe ꝑ eē naturale ⁊ māle. iō nullo mō poſſunt eas appꝛehendere. Et hec ſunt verba iſtius hominis in quibus manifeſte teſtatur ⁊ ꝓbat ꝙ nulla virt⁹ oꝛganica cognoſcit ſeipſā ⁊ ſimiliter aīa oꝛganica eadē rōne ſeipſam non cognoſcit. ⁊ hoc de illo dubio. ¶ Propter ſolutiōes quarūdā rationum eſt conſiderandum ꝙ aliquid eſſe denudatum ab aliquo intelligitur dupliciter. Uno modo ſm̄ eſſe vt dicimus ꝙ ſoꝛtes eſt ſeparatus a Platone. ⁊ vniuerſaliter ſic ſe hn̄t illa quoꝛum vnum nō eſt ꝯiunctū ſm̄ ſubſiſtentiam cum alio. Alio modo intelligitur. aliquid eē denudatum ab alio ſm̄ quiditatem ſeu eſſentiaꝫ ſicut cū quiditas vnius nō eſt q̄ditas ⁊ eſſentia alterius q̄uis ſint cōiuncta ſm̄ ſubſiſtentiā. vt dicim⁹ ꝙ mā̄ pꝛima eſt denudata ab oī actu ſeu foꝛma nō ꝙ ſꝫ ſubſiſtentiā ſit ſeparata ab omni foꝛma. ſed qꝛ quiditas ⁊ eēntia materie pꝛime nō eſt quiditas nec eēntie alicui⁹ foꝛme vt pꝫ ex pꝛimo pħy. ⁊ ſic eſt in multis alijs ꝯſilr̄. poſſibile. n. eſt ꝙ aliqua duo ſint ſibi inuicem cōiūcta ſm̄ eē ita ꝙ ſint in eodem loco ⁊ in eodem ſubiecto. ⁊ tn̄ eēntia vnius diuerſa eſt ab eſſentia alterius vt ſciunt paꝝ exercitati in pħia arꝛ. ¶ Tunc ad rōnes. ¶ Ad pꝛimam cum dicitur. ſicut ſe hꝫ tactus ad tangibile ⁊c̄. poſſet cōcedi. ⁊ cū dicitur ꝙ tactus non eſt denudatus ab oī tangibili poteſt dici ꝙ veꝝ eſt ſm̄ eſſe ſubſiſtentie ſicut bene pꝛobabatur. tn̄ ipſa virtus tactiua eſt denudata eſſentialr̄ ab oī qualitate tangibili. ſic. ſ. ꝙ eēntia ipſius non eſt aliqua q̄litas tangibilis. ſed eſt virtus anime naturalis fundata in oꝛgano habente quādā medietatē ⁊ pꝛopoꝛtionem oīuꝫ qualitatū tangibiliū. ⁊ ſic ſimiliter intellectus eſt eēntialr̄ denudatus ab oībus foꝛmis materialibus ⁊ eaꝝ ſpeciebus q̄uis ſit coniunctus ſm̄ eē cum multis ⁊ foꝛte oīb⁹ ſpeciebus intelligibilibus foꝛmarum materialium. ⁊ ſic non valet rō illa. ¶ Aliter poteſt dici ad rationem concedendo maioꝛem. ⁊ ad minoꝛem cū dicitur ꝙ tactus non eſt denudatus ab omnibus qualitatibus tangibilib⁹. poſſumus dicere ꝙ immo tactus quilibet etiaꝫ ē denudat⁹ ſecūdū eē ab oībus qualitatibus tangibilibus q̄s cognoſcit. ⁊ ſi tactus eſt coniunctus aliquibus q̄litatibus tangibilibus. ſ. illis que ſunt in ſuo oꝛgano dico ꝙ illas non cognoſcit ſed alias que ſe habent ſicut excellentes aut diminute. vt tactus ſoꝛtis nūq̄ꝫ cognoſcit qualitates tangibileſ que ſunt in oꝛgano tactus ſoꝛ. immo etiaꝫ qualitates ſenſibiles tangibiles que eſſent oīno ſimiles eis non ſentirꝫ. Unde arꝛ. 2. huius dicit ꝙ ſimiliter calidū ⁊ frigiduꝫ aut durum ⁊ molle non ſentimus. ¶ Sed aliquis dubitaret rōnabiliter. qꝛ ſi tactus non cognoſcit omnes qualitates tangibiles que ſunt in ſuo oꝛgano tunc eſt dare aliq̄s qualitates tangibiles quas nullus tactus pōt ſentire. cui⁹ oppoſitū vult pħs in. 2. huius. c. Quoniā aūt non ſit ali⁹ ſenſus pꝛeter quinqꝫ. vbi dicit pꝛope pꝛincipiū. Oēs. n. tangibiles inquātū tangibiles paſſiones nobis tactu manifeſte ſunt. ¶ Ad hoc dicendum pꝛimo intelligendo ꝙ q̄uis tactus conſiſtat in quadam pꝛopoꝛtione qualitatuꝫ tangibilium illa pꝛopoꝛtio non eſt omnino punctualis ⁊ i indiuiſibilis immo habet multam latitudinem. non eniꝫ eſt eadem pꝛopoꝛtio qualitatum tangibilium in coꝛpore hominis ⁊ in coꝛpoꝛe leonis. nec econuerſo. ⁊ ſic in alijs immo etiam non eſt penitus eadem pꝛopoꝛtio qualitatū tangibilium in coꝛpoꝛe vnius hominis ⁊ alterius. ſed in vno magis accedit ad equalitatem ⁊ temperamentuꝫ q̄ꝫ in alio. ⁊ pꝛopter hoc vnus hꝫ maioꝛē tactū q̄ꝫ ali⁹. Qualitates enim tangibiles que ſunt pꝛopoꝛtionate vni aīali ſunt excellentes vel defectiue alteri animali. vt illud qđ eſt temperate calidū reſpectu complexionis leonis eſſet frigidum reſpectu complexionis hominis. ⁊ ſic d̄ alijs. Et ideo breuiter dico ꝙ licet tactus quilibet non cognoſcat qualitates tangibiles coꝛpoꝛis in quo eſt tamen alius tactus eas cognoſcit. ⁊ tactus exiſtens in vna p̄te cognoſcere pōt qualitates tāgibiles exiſtentes in alia p̄te. vt tactus foꝛtis ſentit qualitates tangibiles coꝛpoꝛis platonis ⁊ tactus platonis exiſtens in manu cognoſcit qualitates tangibiles coꝛdis aut pectoꝛis. ⁊ ſic non valet. ¶ Similiter diceretur ad illa de viſibili ⁊ viſu. viſus. n. non ē ſeparatus ſm̄ eſſe ab omnibus coloꝛibus ſic bene arguebatur. tamen alia eſt quiditas viſus ab oī coloꝛe. ⁊ ſic denudatus eſt ſm̄ eſſentiam lꝫ non ſecundum ſubſiſtentiā. Et rurſus quilibet viſus non cognoſcit coloꝛem ſui oꝛgani in quo exiſtit. q̄uis foꝛte viſus vni⁹ animalis poſſit cognoſcere coloꝛem oꝛgani viſus alterius animalis. ¶ Ad aliam patet ex dictis pꝛobatum enim eſt ꝙ recipiens aliquid non debet eſſe illud neqꝫ eius ſpecies. quia ſi ſpecies alicuius entis ipſum repꝛeſentātis reciperet illud ens vt ſpēs coloꝛis reciperet coloꝛem tunc effectus reciperꝫ ſuum agens. quod eſt manifeſtum impoſſibile. ⁊ patet conſequentia. qꝛ ſpecies repꝛeſentans aliquid cauſatur ab illo cuius eſt ſpecies ⁊ ſpecies albedinis ab albedine. ſimiliter autem ⁊ in alijs igitur ⁊c̄. ⁊ ratio tangebatur p̄ns in virtute licet non in pꝛopꝛia foꝛma. ¶ Ad aliam cuꝫ dicitur ꝙ intellectus poſſibilis non eſt denudatus ab agente poteſt dici ad pꝛeſens ꝙ verū ē ſꝫ ſubſiſtentiā. vt ponitur communiter ſecundū Ari. ⁊ Cōmen. ſed ſecundum eſſentiam bene eſt denudatus. alia enim eſt eſſentia intellectus agentis ⁊ alia intellectus poſſibilis vt manifeſtum eſt in iſto tertio. quare ⁊c̄. ¶ Ad aliam cuꝫ dicitur ꝙ tunc intellectus ⁊c̄. de hoc opoꝛtet facere queſtionem ſpecialem quoniam in iſto ſunt difficultates non pauce. ſed magne. ⁊ ſic de iſto ⁊c̄.

¶ Tex. commen.

¶ Nunc ergo ſtatiꝫ ⁊c.

¶ Queſtio v.

**Ueritur** hic conſequenter vtrum aīa intellectiua ſit foꝛa ſb̄ſtantialis coꝛpoꝛis hūani. Arguitur pꝛimo ꝙ ſic. qꝛ illud per quod homo diſtinguit̄ ab oībus alijs ē eius foꝛma ſubſtantialis. Actus enim diſtinguit ⁊ ſeparat ſeptimo metap. ſed hō per aīam intellectiuam diſtinguitur ab omnibus alijs. ergo ⁊c̄. tex. cō. 49 ¶ Item illud eſt foꝛma ſubalis hominis a quo ſumitur differentia ſpecifica. hec eſt manifeſta. ſed ab anima intellectiua ſumitur differentia ſpecifica hominis. ſ. rationale vt ma

nifeſtū eſt.quare ⁊c̄.¶ Itē aīa intellectiua ē q̄dā ſubſtā/
tia.hoc eſt manifeſtū cuilibet intelligēti.aut ergo ē ſuba.q̄
eſt corpus ſeu materia.aut ſuba cōpoſita ex corpe ⁊ for/
ma aliq̄ aut ſuba que eſt forma per diuiſionē ſufficientē.
ſed nō eſt ſubſtantia que eſt corpus vt oēs ꝯcedūt:neqꝫ
ſubſtantia cōpoſita ex materia corporali ⁊ forma aliqua
vt ēt ꝯceditur ab oībus.⁊ pꝫ ex iſto.3.ſm Cō.relinquit
ergo ꝙ ſit ſuba que eſt forma ⁊ non eſt forma alicuiꝰ alte
rius entis niſi hoīs vt manifeſtū eſt.ergo ⁊c̄.¶ Itē illō
eſt forma ſubſtantialis hoīs in cuius operatione nobiliſſi
ma ꝯſiſtit humana felicitas.hec eſt manifeſta.nam ſum/
mū bonū vniuſcuiuſqꝫ ꝯſiſtit ī operatiōe optima ſue for
me.felicitas aūt eſt maximū bonū hoīs primo ethico.⁊
10.ſed felicitas hominis ꝯſiſtit in nobiliſſima operatione in/
tellectus.vt inquiſitū eſt in primo ethicoꝝ.⁊ 10.¶ Itēꝫ
arꝝ.dicit octauo ⁊ 10.ethicoꝝ.ꝙ homo eſt ītellectus vel
maxime intellectiuꝰ.hoc aūt non eſſet niſi intellectus eēt
forma ſubſtātialꝭ hoīs vt manifeſtū eſt.ergo ⁊c̄.¶ Op
poſitum arguiť auctoritate arꝝ.in iſto libro.vult enim ꝙ
aīam ſm quaſdam ſui ꝑtes nihil ꝓhibet ſeparī propter
ꝙ nullius corporis eſt actus ⁊ non hꝫ hoc vitatem niſi ꝺ
Com.5. aīa intellectiua ⁊ oēs ꝯcedūt.ergo ⁊c̄.¶ De iſta qōe eſt
intelligendū ꝙ ſicut recitat Cō.Auerois.opinio Alexan/
dri fuit ꝙ aīa intellectiua eſt forma ſubalis dans eē fora
liter corpori humano ⁊ eſt ei vnita ſm eē ſicut figura ce/
re.Et hoc ipſe probauit per diffinitionē cōem quam arꝝ.
tex.cō.7. ingſiuit in.2.huius.aīa.n.eſt actus primus ⁊c̄.dixit eniꝫ
iſtam diffinitionē cōem ꝯuenire oī aīe vniuoce.ergo ⁊c̄.
Dicebat tn̄ iſte hō vt poſſumus colligere ex rōe Cōm.
⁊ Alberti ꝙ ipa aīa hūana eſt forma nobiliſſima reſpcū
oīuꝫ foraꝝ mālīū ſic ēt hūanū corpꝰ ē corpꝰ nobiliſſimū
reſpectu oīuꝫ corpoꝝ iſtoꝝ īferioꝝ ⁊ hꝫ nobiliſſimā cō
poſitionē ⁊ cōplexionē reſpectu oīum ceteroꝝ corporuꝫ
⁊ pp hoc precepit in pricͦ ſui libri de aīa ꝙ cōſiderans ꝺ
aīa intellectiua dꝫ ſcire mirabilia cōpoſitiōis corporis hu
mani.qꝛ cū aliquis cognouerit diuerſitatē ꝯpoſitōis ⁊ cō
plexiōis corporis humani a cōpoſitionibus ⁊ cōplexioni
bus alioꝝ ⁊ nouerit excellētiaꝫ dignitatis eius ſuper aliaſ
cōpoſitiones ⁊ cōplexiōes poterit ei cōſtare ꝙ aīa hūa/
na multū diuerſa eſt ab aīabus aliorum aīalium ⁊ longe
nobilior eis.nec eſt remotū ꝙ diuerſitas cōpoſitionis ⁊
ꝯplexiōis corporis hūani ſit cā diuerſitatis ⁊ nobilitatis
aīe humane ad alias aīas.qꝛ videmus ꝙ parua diuerſi/
tas cōbinationū qualitatū tangibiliū in mā eſt cā magne
diuerſitatis in elemētis intm̄ ꝙ vnū elemētū eſt ignis.ſ.
qꝺ hꝫ caliditatē ⁊ ſiccitatem.⁊ aliud eſt aer q̄ eſt calidus
⁊ humidus.ſimiliter aūt ⁊ in alijs.Sic igiť cū cōpoſitio
⁊ ꝯplexio elementoꝝ in corpore humano ſit multū di/
uerſa ab alijs nō eſt irrationabile ꝙ ex huiuſmodi cōpo/
ſitiōe vel cōplexione ꝓueniat talis forma mirabilis ⁊ no
bilis.ſ.intellectus.Dicebat vlterius iſte Alexander ꝙ
iſta anima intellectiua habet quandam preparationē ad
recipiēdum intellecta que etiam vocať hoc noīe intelle
ctus.⁊ de iſta preparatione ipſe expoſuit quaſi omnes
ſermones arꝝ.ſ.cum dixit arꝝ.ꝙ intellectus nullius corpo
ris eſt actus.⁊ ꝙ eſt immixtus ⁊ ſeparatus ⁊ ꝙ non hꝫ
organū.ſ.aliquā ꝑtē determinatā in corpore ſibi appro/
priatam ⁊ in hoc differt ab alijs virtutibus aīe que habēt
organa ꝓpria.⁊ ꝙ nō ē corpus neqꝫ forma in corpore ſꝫ
aliquid conſequens ipſā formā exiſtētē in corpore.ſ.ido/
neitas ad intelligibilia recipiēdū.⁊ hec ſunt que a cōmē.
hēmus de opinione Alexandri de intellectu poſſibili.Cō
tra que cōm.multipl̄r opponit ⁊ quidā poſterioꝝ ſubti
liter ꝯſiderantes naturā intellectus.Adiungā igitur hic
multas rōnes deſtruentes iſtū errorē viliſſimū.nō ſolū
enim naturale deſiderium ineſt homini ad ſciendū veri/
tatē.vt dicit arꝝ.in prohemio meta.ſed etiam naturalr̄ ap
petit cōfutare errores precipue illoꝝ ⁊ talium quoꝝ ſo/
lemnitas ⁊ auctoritas facit probabilitatē aut fidem niſi re
darguantur rōnibus.Quolibet vo ꝓferente contraria
opinionibus ſolicitū eē ſtultū eſt.vt dicit arꝝ.in prio to/
picoꝝ.Quia igitur iſte Alexander fuit de magnis ⁊ fa/
moſis expoſitoribus arꝝ.intm̄ ꝙ aliquotiens non reputa/
batur phs niſi Alexandrinus vt narrat Cōm.ī iſto.3.cō.
14.ıō ne eius auctoritas det ſpēm veritatis huic erronee
falſitati conabor ex per ſe notis hanc poſitionē extermia/
re q̄ſtū ad hoc qꝺ ſequitur ex ea.ſ.aīam intellectiuā eſſe
generabilē ⁊ corruptibilē ſicut ⁊ alie forme materiales ſt
generabiles ⁊ corruptibiles.ꝙ autem ſequatur ad hanc
poſitionē animā intellectiuā eſſe corruptibilē ⁊ corrumpi
neceſſario ad corruptionē cōpoſiti ſic oſtendo.Oīs fora
que ad ſui exiſtentiā in materia requirit determinatas di
ſpoſitiōes corrūpitur illis corruptis.hoc pꝫ inductiue.co
lor enim requirit in ſubiecto determinatam ꝓportionem
lucidi cū opaco.⁊ corrumpiť ad corruptionem iſtius ꝓ
portionis.⁊ forma ignis requirit in materiā determina/
tā caliditatē ⁊ ſiccitatē vnde corrūpitur corruptis iſtis di
ſpoſitionibus naturalibus.ſimiliter aūt ⁊ in alijs mō oīs
forma materialis.ſ.dans eſſe materie requirit in ſua mā
determinatas diſpoſitiones ⁊ ꝓprias vt manifeſtū eſt ꝺ
ſe.⁊ hoc teſtatur arꝝ.in ſecūdo huius vbi dicit ꝙ vniuſcu
iuſqꝫ actus in potētia exñte ⁊ in ꝓpria mā aptus natus ē
fieri.ergo ⁊c̄.¶ Itē ꝯfirmať.Si anima intellectiua ē vni
ta corpori ſm eſſe ⁊ dat ipſi corpori humano eē ſubſtan
tiale ſpecificū tūc illud eſſe vnitum ſeu cōiunctū aut eſt ip
ſamet ſubſtantia aīe.⁊ eētie aīe.aut quoddam accidēs
ipſius aīe.ſi dicať ꝙ ſit ſuba ⁊ eētia aīe.ergo cū non eſt
cōiūcta neqꝫ vnita corpori non eſt amplius ſuba aīe.Cō
ſtat aūt ꝙ poſt mortē hoīs anima intellectiua nō ē āpliuſ
vnita corpori ſm eſſe.neqꝫ cōiuncta.ergo corrupta ē tūc
ſubſtātia aīe.ſi vo dicať ꝙ eſſe cōiunctū ſeu vnitum ani/
me eſt accn̄s aut ē accn̄s ꝓpriū ⁊ īſeꝑabile.aut ē accn̄s ſe
ꝑabile.ſi ē accn̄s inſeparabile.ꝯ ſi rēanet ſba aīe pꝰ mortē
rēanebit eius vnio ad corpus.ſi nō manebit eiꝰ vnio ad
corpus nō remanebit ſuba.qꝛ nō remanet ſubſtantia re
moto accidente inſeparabili.Si autem dicať ꝙ ipſa vnio
aīe ad corpus eſt accn̄s ſeparabile ab ipa anima.tūc aīa
cōſtituet hominem in eſſe ſubſtantiali ſpecifico ſcꝺm ac/
cidens ſeparabile.quod eſt abſurdū.⁊ pꝫ cōſequentia.
quia aīa non conſtituit hoīem in eē ſubſtantiali ſpecifico
niſi ſcꝺm ꝙ eſt vnita corpori vt oēs cōcedūt.¶ Itē ſi hō
ſingularis corrūpitur ⁊ tamen principia eius ſubſtantia/
lia manent.ſ.mā prima que eſt incorruptibilis vt pꝫ pri
mo phycoꝝ.⁊ etiam ſubſtantia aīe manet tūc ſine dubio
corruptio homninis non eſt niſi tranſmutatio accidentalꝭ
cū ibi nulla ſubſtantia corrumpatur.¶ Sed dices ꝙ illa
vnio aīe ad corpus eſt quedam ſubſtantia vel eē ſubſtā
tiale ⁊ ſic corruptio hominis erit tranſmutatio ſcꝺm ſub
ſtantiā hoc eſt figmētū.quia ſi vnio aīe ad corpus eſt eē
ſubale hoīs.⁊ illa vnio deficit aīa remanēte ⁊ ſubſiſtēte.
tūc q̄ro de illo eſſe aīe qꝺ ipſa hꝫ poſt corruptionem vtꝝ
illud idē eē hēat cū erat cōiuncta corpori vel nō.ſi habuit
idē eē tunc in hoīe erūt duo eſſe ſubalia.ſ.vnio anime ad
corpus ⁊ illud eē ſubſtantiale qꝺ hꝫ aīa ſubſiſtēs pꝰ mor
tē.qꝺ eſt abſurdum. Si vo dicas ꝙ aīa cum eſt vnita
corpori non hꝫ idē eē ſubſiſtētie qꝺ hꝫ pꝰ mortē hoc eſt
deriſoriū.quia oporteret aſſignare q̄d dat ipſi aīe illud eē
ſubſiſtens qꝺ hꝫ poſt mortē ⁊ prius nō habuit.⁊ non ē
aſſignare et fingere volēti.¶ Preterea ꝙ vna ⁊ eadeꝫ
forma q̄n̄qꝫ ſit inherens vel vnita ſubo ſcꝺm eē nō hn̄s
eē per ſe ſubſiſtēs.⁊ quādoqꝫ ſit per ſe ſubſiſtēs hoc ē fic
ticiū ⁊ eſt mirabile.¶ Itē ꝓbatur cōſequētia ꝑncipalꝭ.ſ.
ꝙ ſi aīa eſt forma dans eſſe corpori formalr̄ ipſa corrū/
pitur cū cōpoſitū corrūpiť.qa alia ē rō eēndi forme mā
lis ⁊ cōpoſiti.nā rō eēndi cōpoſiti eſt eē per ſe ſubſiſtēs
⁊ ſeparatū nō vnitū alteri ſubſtantie per ſe.rō vo eēndi
forme materialis dantis eſſe eſt ꝙ ipa ſit illud quo aliq̄d
eſt.ſicut rō eēndi figure eſt ꝙ ſit illud quo aliq̄d eſt figu/
ratū.ſilr̄ aūt ⁊ in alijs ſuo mō.¶ Et tūc arguiť.ceſſante
rōne eēndi alicuius illud āplius nō eſt ens immo ē corru
ptū.ſed rō forme dantis eē ceſſat cū corrūpiť cōpoſituꝫ
quia illa forma nō ē amplius illud quo aliquid eſt.ergo
tunc ceſſat illa forma materialis dans eē.ſi itaqꝫ anima ē
forma materialis tunc cū ipſa non ē illud quo aliquid eſt

.ſ.poſt mortē ipſa ãplius nõ eſt ens. ⁊ ſic pꝫ ꝯña.ꝙ pone
baꝛ. Sed qꝛ Alexander nõ hꝫ illð ꝓ impoſſibili.ſ.ꝙ aĩa
intellectiua ſit corruptibilis ⁊ corrumpaꝛ cũ indiuiduuꝫ
corrũpiꝛ.ideo adduco alias rõnes cõtra eius poſitionē.
Si aĩa intellectiua eēt forma materialis ipſa nõ reciperet
oẽs formas mãles nec ſpẽs oĩum formaꝝ materialiuꝫ.
qꝛ nihil recipit ſeipſũ nec ſpẽm ſuiipſius. vt probatũ fuit
prius. ſed cõſequens eſt incõueniens. qꝛ intellectus reci/
pit oẽs formas materiales ꝗ̃tũ ad eaꝝ ſpẽs. alr̃. n. nõ in
telligeret eas denuo. quare ⁊c̃. ⁋ Itē ſi itellectus eēt for
ma mãlis eo modo quo ipſe ponit ſequereꝛ ꝙ ipſe eſſet
extēſus ſaltē per accñs ad extēſionē corpis ⁊ haberet ptē
extra ptē. quod eſt ꝯ nãm intellectus. ⁊ ꝓbaꝛ cõſequen
tia ſupponēdo p̃mo ꝙ nihil põt eſſe figuratũ neqꝫ per ſe
neqꝫ p accñs niſi ſit extēſũ ſaltē per accidēs. ⁊ hoc ē ma/
nifeſtũ cuilibet bene diſpoſito. ⁋ Secundo ſuppono ꝙ
mã prima nõ põt eſſe ſubiectũ ꝓpriũ alicuius accñtis ꝓ
prij ⁊ determinati. neqꝫ per ꝯñs põt eē ſubiectũ propriũ
figure hoĩs. ⁊ hoc ēt ꝯcedũt oẽs recte ſentiētes ſm phĩã
aꝝ. ⁊ habeꝛ a Cõ. in de ſubſtãtia orbis. ⁋ Tertio ſup/
pono ꝙ in hoĩe nõ poſſunt eē pl'es forme ſubales ꝗ̃rum
quelibet ſit propria ⁊ det eē ſubale ſpecificũ. ⁊ hoc ē ma
nifeſtũ quaſi per ſe. Tunc arguo ſic. ſi aĩa intellectiua eſt
forma hoĩs cõſtituens ipſum formalr̃ in ſua ſpẽ ꝓpria.
aut ipſa eēt aliquo modo ſubiectum ꝓpriũ figure hoĩs
aut nullo modo. Si dicas ꝙ aliquo modo ſit ſubm. ergo
aliquo mõ eſt figurata. cũ oẽ ſubiectũ figure ſit figuratũ
oẽ aũt figuratũ eſt ꝗ̃tũ ⁊ extēſũ. vt dicit primo hypothe
ſis. Si nullo mõ aĩa intellectiua eſt ſubm ꝓpriũ figuꝛ ho
minis. tũc queriꝛ qd ſit ſubm eius ꝓpriũ. ſi dicaꝛ ꝙ mã
prima hoc eſt cõtra ſecũdã ſuppoſitionē. ſi dicatur ꝙ cõ
poſitũ ex materia ⁊ quadã alia forma ſbali ꝓpria hoĩ hoc
erit ꝯtra tertiã ſuppoſitionē. ⁊ ſic oꝫ ꝯcedere ꝙ vel aĩa ē
extēſa extēſione corporis ſubi aut ꝙ ipſa non ſit foꝛa ma/
terialis. ⁋ Sed aliquis cauillaret ꝙ ſubiectũ ꝓprium fi
gure hominis eſt compoſitum ex materia prima ⁊ foꝛa
generali hoc nihil eſt quia hoc quod eſt indifferenſ ⁊ indð
termiatũ ad figurã hoĩs ⁊ aſini ⁊ ſic ð alijs nõ eſt ſubm
ꝓpriũ figure hoĩs. hoc eſt manifeſtũ. mõ ipſũ cõpoſi/
tũ ex materia prima ⁊ forma generali eſt indifferens de
ſe ad oẽs figuras proprias ſpẽꝝ. ſicut aĩal ⁊ corpus. ergo
⁊c̃. ⁋ Et ſiquis cauillando diceꝛ ꝙ materia prima cuꝫ
qbuſdã diſpoſitionibꝰ proprijs hominis eſt ſubiectuꝫ ꝓ
priũ figure hoĩs. tunc reuertiꝛ queſtio ſuper illas diſpo/
ſitiones ꝓprias qd ſit earum ſubiectum propriũ. oẽ eniꝫ
accidens proprium alicuius ſpeciei ⁊ naturale quod ieſt
ſoli ipſi ſpeciei ⁊ oĩbus indiuiduis eius vult hr̃e ſubꝫ ꝓ
priuꝫ de generꝛ ſubſtantie ⁊ hec rõ eſt multũ fortis indi
cio meo. ⁋ Itē ſi anima intellectiua eſt forma dans eſſe
corpori hũano ⁊ non eſt extenſa per accñs ad extenſionē
corporis. neqꝫ eſt alia forma ſbalis in corpe humano ꝓ
pria hoĩ tunc ſequiꝛ ꝙ vnũ ⁊ idē ⁊ nõ ſm aliud ⁊ aliud
ſui ſimul mouebiꝛ ⁊ quieſcet. quod eſt ipoſſibile ⁊ con
tra primã dignitatē. ꝓbaꝛ cõſequētia. qꝛ ponaꝛ ꝙ manꝰ
moueaꝛ motu ſuo ꝓprio ⁊ alie partes corporis qeſcant
vt eſt bñ poſſibile. tũc oportet ꝙ aĩa intellectiua moueaꝛ
per accidēs ſm motũ ipſius manus. quid enim eēt ſbm
ꝓpriũ illius motus ꝓprij niſi cõpoſitũ ex corpore manꝰ
⁊ aĩa eius. ⁊ anima intellectiua exñs in manu mouebiꝛ ⁊
ipſa eadē ⁊ nõ ſm aliqd ſui exñs in pede nõ mouebiꝛ: ⁊
ſic ſequitur incõueniens predictũ. patet igitur ꝙ ſi anima
intellectiua ſit forma dans eſſe corpori oportet ipſam eē
extēſam per accñs ⁊ habere ptem extra partem. quod
vr̃ impoſſibile per ſe. ⁋ Itē arguitur ad principalem. qꝛ
ſi anima intellectiua ⁊c̃. ſequereꝛ ꝙ non reciperet niſi in
diuidualr̃ ⁊ non vniuerſalr̃ ⁊ abſtracte. hec cõſequentia
eſt manifeſta. qꝛ forma materialꝭ non recipit niſi idiuidua
liter. ſed conſequens eſt manifeſtũ impoſſibile. qꝛ ſic nõ
intelligeret. ⁋ Et ſi dicas ꝙ anima intellectiua licet ſit for
ma dans eſſe corpori tñ eius p̃paratio quã hꝫ ad recipiē
dũ intelligibilia nullũ hꝫ organũ in humano corpore ⁊ iõ
recipit vlr̃. imo iſta preparatio fũdatur imediate in ſub
ſtantia aĩe intellectiue. Hoc nihil ꝓficit. qꝛ ſi in tanto aĩa
reciperet vlr̃ ⁊ abſtracte qꝛ nõ hꝫ organũ determinatuꝫ
in corpore hũano tunc pari ratione potentia forme ele/
mentaris vt aeris aut aque reciperet vniuerſaliter. quia
illa potentia nullũ hꝫ organũ ĩ corpore elementi cũ cor/
pus elementi non ſit organicũ vt manifeſtũ eſt. hoc aũt
eſt deriſoriũ. Et ſi dices ꝙ aĩa intellectiua recipit vlr̃ qa
nõ eſt extēſa extenſiõe ſubiecti. hoc remotũ eſt efficaciter
⁊ iõ nõ valet illud. ⁋ Itē ſi anima intellectiua ⁊c̃. tũc ipa
eēt intellecta ĩ potentia. oĩs. n. forma materialis eſt intel/
lecta in potentia. ſed hoc eſt inconueniēs. qꝛ intellectũ in
potentia mouet animã intellectiuã. vt pꝫ in iſto tertio. ⁊
ſic aĩa intellectiua moueret ſeipſam quod eſt deriſorium
⁊ hec eſt via Cõ. quare ⁊c̃. ⁋ Itē ſi anima itellectiua ⁊c̃.
ſequeretur ꝙ manus intelligeret. quod eſt abſurdũ ⁊ ꝓ
bo conſequentiã. qꝛ potentia intellectiua fundaꝛ in ſbſtã
tia anime immediate ſm iſtam põeꝫ ⁊ vbicunqꝫ ē ſub/
ſtantia aĩe intellectiue in illo eſt potētia ſeu preparatio ad
intelligere. cũ igitur ſuba aĩe intellectiue ſit in manu ergo
erit ibi potentia intellectiua. ſed in quocũqꝫ eſt potētia in
tellectiua in eo recipitur intelligere dũ homo intelligit gͦ
intelligere qñqꝫ ꝯſiſtit in manu ⁊ ſic manus intelligeret.
nã in quocũqꝫ eſt intelligere illud intelligit. ⁋ Sed dices
ꝙ ñ ſequiꝛ. qꝛ phãtaſmata nõ ſunt preſentia aĩe intellecti
ue ſm ꝙ eſt in manu. ſed ſunt ei preſentia ſm ꝙ eſt ĩ or
gano phãtaſie. ⁋ Cõtra quandocũqꝫ aliqua duo ſunt ea
dem realiter, ⁊ indiuiſibiliter omne quod eſt pñs vni ē
etiam preſens alteri. hoc eſt manifeſtum per ſe. ſed aĩa
intellectiua ſm ꝙ eſt in manu ⁊ ſm ꝙ eſt in organo cogi
tatiue v̄tutis vl' phãtaſie ē vnũ ⁊ idē realr̃ ⁊ indiuiſibilr̃
cũ ipſa ſit penitus indiuiſibil' ⁊ impartibilis ſimplr̃ ⁊ ſuũ
eē ſimplr̃ debet eē indiuiſibile. quare ⁊c̃. ⁋ Ex his itaqꝫ
⁊ ſilibus rõnibꝰ pꝫ poſitionē Alexandri eſſe impoſſibileꝫ
⁊ cõtra fundamenta phĩe. ⁋ Quod aũt dixit Alexander
ſermones aꝝ. debere intelligi de illa preparatione quaꝫ
hꝫ aĩa intellectiua ad receptionē intelligibiliuꝫ. hoc remo
uet Cõm. efficaciter. primo quia ſi aꝝ. loquitur de p̃pa/
ratiõe intellectus ad intelligibilia. aut intendit de ea ſꝫ ꝙ
eſt p̃paratio abſolute. aut ſm ꝙ eſt talis preparatio de/
terminata. ſ. anime humane ad ipſa intelligibilia. Si pri/
mo modo hoc eſt incõueniens. quia ſcðm hoc doctrina
aꝝ. non erit ꝓprie de intellectu. ſed cõis ad oẽm prepa/
rationē quod eſt valde abſurdum. hoc enim quod Aꝝ.
attribuit intellectui. ſ. nõ eē corpus neqꝫ virtutē in corpo
re non dicitur de oĩ preparatione. ⁋ Item ſi loquatur ð
p̃paratiõe propria anime intellectiue iſtam nõ poteſt ſuf
ficienter notificare neqꝫ determinare niſi per naturã eiꝰ
cuius eſt preparatio. Nam preparatio propria alicui ē
eius accidens propriũ. ⁊ ideo diuerſificantur preparatõ
nes ꝓprie in vnoquoqꝫ ente ſcðm diuerſitatem natura
rum preparataꝝ. ⁊ ſic preparatio propria alicui enti cur
rit curſu perfectionis ⁊ forme ex eo. Poſtea vero Cõ.
multũ ſubtiliter arguit ꝙ aꝝ. loquitur de ſubſtantia ani/
me intellectiue cũ dicit intellectum non eſſe corpus neqꝫ
virtutem in corpore exiſtentem. quia eodem modo intel
ligenda eſt concluſio quomodo ſequitur ex premiſſis. ſꝫ
ſequitur ex premiſſis veris ⁊ neceſſarijs ſubſtantiam in/
tellectus non eſſe corpus neqꝫ virtutem in corpore. naꝫ
demr̃atio ſuſtentatur ſuper hoc ꝙ recipiens ñ dꝫ eſſe ip
ſum receptum. conſtat autem ꝙ ipſa ſuba intellectualis
ē principale recipiens quod recipit ipſas formas aut eaꝝ
ſpecies ⁊ non ipſa preparatio. quod probatur. quia cuꝫ
fuerit receptio non erit preparatio ⁊ remanebit recipiēs
Hoc autem dictum Cõm. aliqualiter eſt obſcurũ. bñ. n.
verum eſt ꝙ cum eſt receptio ⁊ forma recipitur rema
net recipiens. quia receptio non eſt ſine recipiente. Sed
ꝙ dicit ꝙ cum eſt receptio non eſt preparatio dubiũ vi
deꝛ. cũ enim aliquod ſubiectũ recipit actum aliquem re
manet preparatum ad recipiendũ ipſum. vt cũ diapha
num illuminatũ recipit intentionem coloris adhuc rema
net illuminatum. ſimiliter autem ⁊ in alijs. Et forte di/
ceretur ꝙ Cõmen. ſic intelligit preparationem non ma/

nere cū eſt receptio.ſicut in primo phyco intelligit potē
tiam corrūpi cū forma generata eſt.potētia aūt corrūpi ī
aduentu forme forte ve eſt ꝗ̄tū ad ipſam priuationē ⁊
remotionē ab actu ⁊ nō quātū ad ipſam qualitatē ⁊ ido/
neitatē ſeu habilitatē poſitiuā que preexiſtebat.¶ Dice/
retur ergo ꝙ intellectu preparato ad recipiēdū intellige
re eſt duo cōſiderare.ſ.priuationē illius perfectiōis que
debet recipi.⁊ ꝗ̄tū ad hoc ceſſat preparatio ⁊ ipſam ap
titudinē recipiendi.⁊ quo ad hoc remanet aliquo modo.
Primo.n.mō verū erit ꝙ nulla preparatio eſt corp⁹ ne
q́ʒ virtus in corpore.⁊ vl̄r de oī preparatione eſt veruʒ
ꝙ nō eſt ipſum corpus p̄paratū neq́ʒ forma in corpore.
forma dico ad quā eſt preparatio'imo in ea nihil eſt actu
ex eis que recipit vt dicit cōmē.¶ Redeundo ergo ad
ꝓpoſitū dico ꝙ cū eſt preparatio'actu remanet ſubm ⁊
non manet ipſa preparatio mō predicto.ſ.vt p̄uata.⁊ ſic
pʒ ꝙ p̄paratō ad recipiēdū intellecta nō eſt illō ꝙ recipit
de nouo.quare a.non ꝯcludit de p̄paratiōe ſed de ſub
ſtantia preparata.Unde manifeſtū eſt Alexandrū defe/
ciſſe ab intentiōe a.quare ⁊c.Hec aūt ſufficiant ad im/
probationē illius opinionis.Alij v̄o dicunt ⁊ aſſerunt hāc
fuiſſe intētionē a.⁊ cōm.ꝙ aīa intellectiua nō eſt forma
corporis humani.ad quod imponēdū a.mouentur ex
quibuſdā v̄bis eius q̄ꝛ dicit ꝙ intellectus nullius corpo/
ris eſt actus neq́ʒ forma.⁊ hoc dicit in ſecūdo dicit in.2.
huius.c.de diffinitione cōi aīe.¶ Item in iſto .3.dicit ip
tex.cō.11. ſum eē īmixtū.i.nō cōiūctū corpori.⁊ nō hr̄e naturā niſi
tex.cō.4. ꝙ poſſibilis vocatus eſt.⁊ nihil eſſe actu eorum que ſūt
ante intelligere.⁊ ꝙ ſeparatus eſt.q̄ oīa non verificaren
tur de intellectu ſi eēt forma corporis humani.Sed idu
bitanter iſti mirabiliter peccant contra honorē A.⁊ cō.
quoruʒ tamen phīa eſt glorioſa ⁊ ſemper fuit ⁊ erit deo
volente.Cum enim A.poſuit communiſſimaʒ diffōnē
aīe dixit ipſam eſſe actū primū corporis ⁊c.⁊ ab iſta coī
tate non excipitur anima intellectiua.vt pʒ inſpiciēti litte/
ram a.⁊ cōmē.iō a.in fine capituli de diffinitione aīe
tex.cō.25. dicit ꝙ aīa non eſt corpus.corporis aūt aliquid eſt ⁊ hoc
vl̄r re eſt de oī aīa.⁊ q̄uo aīa intellectiua eſt aliq̄d cor/
poris niſi ſit actus eius ⁊ forma.⁊ ꝙ hec ſit eius intentio
manifeſtum eſt in conſequenti littera.reddens enim cāʒ
quare determinata anima eſt in determinato corpore ⁊
non in quocūq́ʒ contingenter dicit.Uniuſcuiuſq́ʒ eniʒ ac
tus in potentia exiſtente ⁊ in propria materia aptus nat⁹
eſt fieri.Uult igitur vniuerſaliter animā eſſe actum cor/
poris.⁊ ꝙ hec fuit intentio Cōmen.manifeſtū eſt inſpi/
cienti cōmentum eius ibidem ſupra diffōnē anime com/
munem:⁊ in tertio libro.cōmen.18.vbi ſic dicit.Et cuʒ
inuenimus nos agere per has duas virtutes cum nolue
rimus ⁊ nihil agit niſi per ſuā formā ideo neceſſe fuerit
attribuere nobis has duas virtutes intellectus.ſ.tanq̄
virtutes forme noſtre.Uerecūdū eſt ergo ſic abſolute
dicere ꝙ intentio Ariſto.⁊ Auer.fuerit animam intelle/
ctiuaʒ non eē formam ſubſtantialeʒ hoīs.Propter hoc
ergo aliter eſt dicendū ad queſtionem ſecūdum intentio
nem Ariſto.⁊ Cōmen.¶ Ad euidentiam queſtionis cō
ſiderandum eſt diligenter ꝙ in phīa a.forma corporis
accipitur dupliciter quātum ſpectat ad propoſituʒ.Uno
modo forma corporis dicitur quecunq́ʒ perfectio dans
eē corpi ⁊ vnita corpi ſ̄ʒ eſſe ſic ꝙ eſſe ipſius corporis ſit
actuale ſicut eſſe illius perfectionis ⁊ hoc modo commu
niter ⁊ famoſe ſumitur forma.vnde ꝙ ſic accipiat for
ma declaratione non indiget.Alio modo ſumitur forma
corporis pro operante intrinſeco appropriato corpori.
dico autem ꝙ operans intrinſecum appropriatum cor/
pori eſt illud operans quod non eſt diſtinctum a corpo/
re loco ⁊ ſubiecto ⁊ cuius actus proprius proprie ⁊ pre
ciſe dependet ab illo corpore vel ab aliquo exiſtente in
illo corpore ita ꝙ operans intrinſecum:⁊ illud corpus
licet non ſint vnum in eſſe ita ꝙ eſſe vnius ſit eſſe alteri/
us ſunt tamen vnum in vno opere proprio quod ab
vtroq́ʒ dependet immediate.⁊ hoc modo intelli//
gentia mouens celum dicitur eſſe forma eius non ꝙ
det ei eſſe formaliter.vt demonſtratum eſt ī octauo
phyco.ſed q̄ꝛ ipſa eſt mouens intrinſecum appropria tex.cō.51.
tū tali corpi.nō.n.eſt diuiſa ab ipſo loco ⁊ ſubō eo ꝙ in
corporal̄r exn̄s nec locū occupat nec ſubʒ.Et actus pro/
prius ipſius intelligentie.ſ.motus ꝓprie ⁊ preciſe depē
det a celo.q̄libet.n.intelligentia mouet aliqd̄ corp⁹ cele/
ſte ꝓprie ⁊ īmediate ⁊ aliqd̄ n̄ mouet vt hʒ videri in 2°. tex.cō.70.
celi ⁊ mundi.⁊ ſic actus eius dependet a corpore huiuſ
modi ſaltem vt a ſubiecto in quo recipit.Q̄d āt iſto mō
ſumat forma ſiue actus corpis pʒ in libris Ari.⁊ Cōm.
Dicit.n.Ariſto.in 2°.huius.c.de diffinitione aīe coī.ꝙ tex.cō.11.
ex prius dictis non eſt manifeſtum ſi anima intellectiua
eſt actus corpis ſicut nauta nauis.Poteſt ergo intelligi
aīam intellectiuam eſſe actum corporis ſicut nauta nauis
qd̄ non eſt al̄r eſſe actum niſi ſicut motus appropriatus
dicit actus ꝓprius corpis.¶ Item.ariſto.in 2°.huius ſecūdo h⁹
⁊ ī 8°.⁊ in.7°.metaphy.diuiſit ſubaʒ in mām ⁊ formā tex.cō.2.
⁊ cōpoſitū ⁊ ſi ipſe ibi ꝓprie acciperet formā ꝓ ꝑfectōe .8.meta.
conſtituta in eſſe per ſuum ſubm ⁊ dante eſſe ſubō.diō tex.cō.3.
nō eſſet ſufficiens cū ſint alique ſube.ſ.intelligentie mo/ ſeptimo
uentes corpora celeſtia q̄ nō ſūt mā neq́ʒ compoſitū ex tex.cō.8.
materia ⁊ forma.vt māifeſtū ē p̄mo phyco.ꝯmēto vl
timo.ꝓpe finē.nec forme dātes eſſe ſubis.Reliquitur
igr̄ ſi diō dʒ eſſe ſufficiēs ꝙ ipſe accipiat formā cōiter ꝓ
forma dante eſſe ⁊ ꝓ forma dāte operationem ⁊ nō eē.
Intētio āt Cōmē.cōſtat eē ꝙ ſic ſumat forma vt manife
ſtū eſt ex primo phyco.ꝓpe finem.vltimo cōmento.
vbi dicit ꝙ forme aut ſunt in materijs aut nō ſūt in mate
rijs.Et iō conſideratio de formis eſt dua ſcia quaruʒ
vna.ſ.nālis cōſidera de formis mālib⁹.ſcd̄a autem de
formis ſimplicibus abſtractis a mā.¶ Idem pʒ ex 8°. Cōm.79.
phyco.cōmento illius ptis.ꝙ autem neceſſe eſt hoc i/
partibile eſſe vbi dicit ſic.Ex hoc ergo apparet corpus
celeſte non componi ex materia ⁊ forma ⁊ ipſuʒ eē ſim
plex ⁊ ꝙ forma eius non hʒ ſubſiſtere ꝑ ipſuʒ qd̄ ē ipſā
non vniri corpori celeſti ſ̄ʒ ſubſiſtentiam ⁊ ſ̄ʒ appropria
tionem mouēdi.⁊ iō ſubdit.Et ꝙ ipſa eſt q̄ mouet ipʒ.
¶ Item dicit Cōmen.12°.meta.cōmeto.35°.Palam
ꝙ forma q̄dā ſunt ſubales q̄dam non.ſubalium autē
q̄dam ſunt materiales ⁊ q̄dam non.Et in ſuo tractatu d̄
ſuba orbis pl̄ies accipit formā iſto mō.Hec autē diſtin
ctio latet quoſdam qui ſolū ꝯſiderāt in q̄buſdā q̄ternis
quorūdā feſtināciū ⁊ nō in libris Ari.⁊ Cōmē.Siq̄s āt
querat quō dr̄ forma de iſtis.puto ꝙ ſ̄ʒ analogiā.⁊ de
quo ſ̄m p̄us.Dico ꝙ ſ̄m famoſitatē ⁊ vſum dr̄ p̄us d̄
forma dante eſſe q̄ꝛ notior eſt nobis.ſed ſ̄m ordinem na
ture rei que prius ⁊ principal̄r dicitur de forma 2°.mō
dcā ſicut accidit in multis analogis.vt dr̄ ſupra quintum
metaph.⁊ ſiquis neget tibi iſtam diſtinctionem aut eaʒ
non acceptet.ſcias ipm̄ magis īniti famoſitati ⁊ conſue/
tudini coiter loquentium q̄ nature rei ⁊ q̄ verbis ari.
⁊ Cōmen.¶ His premiſſis dicererent ari.⁊ Cōmen.
primo ꝙ anima intellectiua non eſt forma ſubalis corpo
ris humani p̄° mō.ſ.dans eſſe ſubale ſpecificuʒ formal̄r
2°.ꝙ eſt forma corporis humani 2°.modo.Primum
probaret rōnibus quibus reprobata fuit opinio Alexan
deri.⁊ tu conſidera in illis ⁊ eas perficias ſi ſit opus.Se
cundum āt ꝓbat facil̄r.q̄ꝛ omnis ſuba que eſt operans
intrinſecū appropriatum alicui corpori mō predicto eſt
ſuba illius corporis ſ̄m formam hoc mō 2°.hoc.n.intel
ligo noīe forme ſ̄m illā acceptionē.Nūc aūt aīa itellecti
ua humana eſt huiuſmodi ſuba q̄ eſt operās intrinſecū
appropriatū humano corpori in operando.eius.n.opa/
tio depēdet ꝓprie aliquo exn̄te ī corpore humano.ſ.ab
intentione imaginata ſ̄m modum loquendi Cōmen.vl̄
a phātaſmate humano ſ̄m modū loquendi cōem.⁊ ꝑ
hoc totum intelligo actum cogitatiue virtutis que eſt ꝓ/
pria hoī.iſta.n.virtus eſt que immediate deſeruit intel/
lectui ad intelligendum p̄ntando ei ſpēs rerū a quib⁹ mo
uet ad ſuū actū itelligēdi.⁊ hoc iferius ꝓbabit deo ꝯce

dẽte.ꝑ quẽ ẽt modũ ĩtellectus moueaƭ a phãtaſmatibꝰ
ſeu ab intẽtionibus in virtute cogitatiua vna cũ intellcũ
agente poſterius ꝑſcrutãdũ eſt.⁊ ꝙ hec ſit ĩtentio ari.
patere põt ex multis ſuis dictis.p͛io ex diffinitione cõi
tex.Cõ.4. aie quã inueſtigauit 2°.huius.i q̃ hꝛ̃ ꝙ aïa vl'r eſt actus
primus corꝑis.q̃re ⁊c.Si igiƭ ſub iſta diffinitõe ↄ̃phen
ditur aïa ĩtellectiua vt vꝛ̃ velle ari.in particula ſequenti
tex.cõm.8 vbi dicit ſic.Uľr igiƭ dictũ eſt qd ſit aïa ⁊c.Et ꝙ aïa in/
tellectiua nõ eſt forma danſ eſſe corꝑi vt oſtenſuꝫ ẽ.Re
tex.cõm.7 linquitur ipaꝫ eẽ actũ ſm aliũ modũ.⁊ hoc ſignauit ari.
ꝑ ſuũ modũ loquẽdi ſub ↄditõe cũ dixit.Si ãt aliqd cõe
eſt oĩ anime ⁊c.ꝑ hoc enĩ dedit ĩtelligere ꝙ illud nõ eſt
cõe vniuocũ penitus oĩo.ſ.eſſe actũ ipſius corꝑis.non
enim dꝛ̃ de aïa intellectiua ea intẽtõe qua dĩ de alijs aïa
bus vt dicit ibi cõmen.Et ideo ẽt ari.paꝝ poſt dicit:ꝙ
aïa intellectiua nullius corꝑis eſt actus ſupple dãs eſſe
corpori.ſꝫ ſi ↄcedaƭ eſſe actus corꝑis nondũ habeƭ quõ
ſit actus:vtꝝ ſit ſicut nauta nauis ⁊c.ſufficit igiƭ ad illam
cõem notificationeꝫ ꝙ aïa ſit actus primus ⁊c.ꝑpterea
in eodẽ.2°.in fine illius capituli.Cõm aũt ex ĩcertis.lo//
cõmen.26. quens.Cõmẽ.de aïa dicit ꝙ anima nõ eſt ſine corꝑe.qꝛ
ipſa eſt aliqd corꝑis.Uexꝫ ẽ aũt ipam nõ eſſe ſine oĩ cor
pore quãtũ ad ſuũ actũ receptum:⁊ ẽ aliquid corporis
tex.cõ.17. ſ.actus aliquo mõ.¶ Preterea in.12°.meta.c.Dubi/
tabit aũt aliqs.dicit ꝙ in qbuſdã nihil ꝓhibet formã ma
nere poſt corruptionẽ ſui cõpoſiti.vt ẽ intellectus.Non
aũt putãdũ ẽ ari.dicere ꝙ forma q̃ eſt vnita materie ſꝫ
eẽ ⁊ dans eẽ formaľr remanebit poſt corruptionẽ cõpo
ſit ſicut pꝫ ex rõnibus ſuperius inductis.¶ Itẽ pꝫ per
eius verba.in.10°.ethicoꝝ.vbi plïes vult ꝙ hõ vel in
tellectus eſt.vel maxime intelligit.qδ nullo mõ verum
eſt ſi intellectus non eſſet actus ⁊ forma hoĩs ⁊c.¶ Sꝫ
contra iſtã põnẽ ari.⁊ cõmẽ.eſt vnũ dubium cõe qꝛ cõ
ſtat ꝙ hõ formaľr intelligit.qδ ſiqs negaret non eẽt cuꝫ
eo diſputandũ.ergo oꝫ ꝙ intellectus ſit eius forma dãs
ei eẽ ſubale ſpecificũ.nihil.n.operatur ſuã ꝓpriã opera/
tionẽ imanentẽ per aliqδ extrinſecũ ab ſeo.Et confirma
tur qꝛ oẽ intelligens vel ẽ purus intellectus vel hꝫ ĩtelle
ctũ ꝑtẽ ſui.cum ergo hõ ĩtelligat ſeqtur ꝙ aut ſit intelle/
ctus purus qδ eſt abſurdũ.aut ꝙ hꝫ ĩtellectũ ꝑtẽ.ſui ⁊
ſic idẽ eſt qδ prius.¶ Preterea ſi aïa intellectiua nõ eẽt
forma ſubalis dãs eẽ corpori humano oporteret aliã eẽ
formã ſubalem dantẽ eſſe ſubale:⁊ que ẽ illa forma mi
rum vꝛ̃ ⁊ ipoľe eſſe aliã formã niſi animã intellectiuaꝫ.
¶ Ad primũ iſtoꝝ dñt aliqui intentionẽ cõmẽ.fuiſſe ꝙ
q̃uis ſuba aïe intellectiue ſit ſeparata ſm eſſe ab huma
no corpore tñ hoĩ attribuitur ĩtelligere ꝓpter iſtam cãꝫ
qa ſpẽs intelligibilis ĩformãs intellectũ cãtur a phanta/
ſmate humano.⁊ ẽ q̃dã ſilitudo ipius.⁊ ſic hõ ĩtelligit.
Sꝫ ĩdubitãter ſalua pace illoꝝ nunq̃ꝫ illud dixit Cõmẽ.
nec fuit eius ĩtentio.ſicut pꝫ ſcientibus commenta eius.
Ex hoc.n.ſolo ꝙ ſpẽs ĩtellĩbilis cãtur a phãtaſmate no
ſtro nõ ſeqtur nos eſſe intelligentes.ſꝫ forte ex hoc bñ
ſequereƭ ꝙ phãtaſma eẽt intellectum vel res ipa phan
taſiata ſicut per hoc ꝙ ſpẽs q̃ eſt in viſu ẽ ſilitudo colo/
ris nõ ſeqtur ipm colorem eẽ videnteꝫ ſꝫ qδ vĩ.Uñ di
co ꝙ iſta non fuit intentio Cõmen.⁊ grauiter peccant q
hoc ei imponunt.Alij vero ĩponunt ei aliud mirabile.ſ.
ꝙ eadẽ numero ſpẽs intelligibiľ informat intellectũ poſ
ſibilem ⁊ phantaſiam humanã.⁊ cum ipſa ſpecies intel
ligibiľ ſit immediatum principium ĩtellectionis.⁊ actus
intellectus ſequitur vt dicunt ꝙ homo intelligit.quia hꝫ
in ſe principiũ ipſius intelligere ſibi inexiſtens.Ad hoc
autem imponendum Commẽ.moti fuerunt ex quibuſ
dam verbis commen.que ſcripſit in prima diſgreſſiõe
vbi dicit.ꝙ intellecta ſpeculatiua.ideſt ſpecies intelligi/
biles conſtituuntur in eſſe per duo ſuba quorum vnuꝫ
eſt intellectus mãlis ⁊ aliud ẽ intentio imaginata.i.phã
taſma.Ex quo feſtinant ad imponendum illi bono viro
ꝙ ſm eũ eadem ſpẽs intelligibiľ numero informat in//
tellectum ⁊ phantaſiam.⁊ ſic hõ intelligit per ſpẽm in/
telligibilem ſibi vnitam.Sed ſine dubio iſti mirabiľr ⁊
iniuſte ſe hñt ad Commen.ĩponendo ei talia mirabilia
que ipe nõ ĩtellexit.bene.n.ſciuit cõmẽ.ꝙ vna ⁊ eadeꝫ
forma numero non repñtat vľr ⁊ indiuidualr.forma
aũt abſtracta que ẽ in intellectu repñtat vľr.⁊ forma q̃
eſt in phãtaſia ĩdiuidaľr.Preterea vna forma numero
nõ eſt in corpore ⁊ ſine corpore.mõ oĩs forma perfici
ens phãtaſiã eſt in corpore cũ phantaſia ſit virtus orga
nica.⁊ oĩs forma apud intellectũ ẽ virtus ſine corpore
ſubiue cũ ĩtellectus nec ſit corpus nec virtus in corpore
Et ſi dicaƭ ad oïa iſta ⁊ ſilïa ꝙ illa ſpẽs lꝫ ſit vna nume/
ro tñ ẽ alia ſꝫ eẽ.aliud.n.eẽ hꝫ in intellectu ⁊ aliud ĩ phã
taſia.hoc iplicat ↄ̃dictionẽ qa vnitas numeraľ forme nõ
ſtat cũ diuerſis eſſe ſiľ.ↄuenientibus ipſi forme.⁊ am/
plius ſi hꝫ aliud eẽ in phãtaſia.⁊ in intellectu ↄſtat ꝙ in
phãtaſia hꝫ eẽ ĩdiuidualr ⁊ nõ abſtractũ ſeu abſtracte
ſꝫ aũt ꝙ ĩdiuidualr exiſtit nõ ẽ principiũ intelligendi.er
go ſm ꝙ ẽ in hoĩe nõ ẽ principium ĩtelligendi.⁊ ſic ho/
mo nõ ĩtelligeret ꝑ eã.⁊ iõ nũq̃ꝫ hec fuit ĩtentio cõmẽ.
Qδ aũt cõmẽ.dixit ꝙ aïa ĩtellectiua ſpeculatiua ⁊c.di.
citur ꝙ iſtud decipit eos ꝑ fallaciã equocationis in hoc/
noĩe ſubꝫ.nã Cõmen.⁊ ari.aliqñ accipiunt ſubiectuꝫ ꝓ
fũdamẽto cui aliqd ineſt ⁊ inheret ⁊ aliqñ ꝓ obõ.ſicut
pꝫ ĩ 2°.huius.c.de ſenſu coĩ.vbi ari.dĩc.Unuſqſqꝫ igꝛ̃ tex.ↄ.144
ſenſus ſubi ſenſibilis eſt ⁊ diſcernit ſubi ſenſibilis dĩas.
Manifeſtum eſt igitur ꝙ ipſe accipit ibi ſubꝫ ꝓ obiecto
⁊ in mľtis alijs locis accipiƭ ẽt ꝓ ſubo ꝓpe cui res accñs
ĩheret.⁊ ſic loquiƭ Cõmẽ.hic.hic.n.accipit ſubꝫ ꝓ ſubo
cui ſpẽs ĩheret cum dixit intellectũ mãlẽ eẽ vnũ de illis
ſubis.⁊ accipit ſubꝫ ꝓ obiecto cũ dicit intẽtionẽ imagina
tam eſſe ſubꝫ ꝑ qδ eſt veꝝ qꝛ.ſ.ſpẽs ei ↄformaƭ.Et ꝙ
hec fuit eius ĩtẽtio mãifeſtũ ẽ ĩſpiciẽti ſeqñtia ⁊c.dĩc.n.
Cõ.mãifeſtãdo ſuã ĩtẽtionẽ ꝙ formare ꝑ ĩtellectũ.i.ĩtel
ligere vľ actꝰ intellectus ẽ ſicut ↄ̃phẽdere ꝑ ſenſũ ↄ̃phẽ/
dere aũt ꝑ ſenſũ ꝑficiƭ ꝑ duo ſubiecta quoꝝ vnũ ẽ ſubꝫ
ꝑ qδ ſenſus ſit verus ⁊ ẽ ſenſatũ extra aïaꝫ.aliud ẽ ſubꝫ
ꝑ qδ ſẽſus ẽ forma exñs ⁊ ẽ ꝑ͛ma ꝑfectio ſentiẽtis.i.vis
ſenſitiua.⁊ ſic manifeſtum ẽ ꝙ ſm Cõmẽ.ſenſatum ex/
tra aïam eſt ſubm ipſius ſentire.Modo qs eſſet ita de/
tractor ⁊ mendax ꝙ Cõmen.imponeret ꝙ ſenſatũ eẽt
ſubiectum ipſius ſentire in quo quidẽ ſubo ſit formaľr
⁊ inherenter ipſa ſenſatio.hoc eſſet valde inconueniens
de tanto phõ.precipue cum ipſe dicat in:2°.huius.ꝙ ſẽ tex.cõ.60.
ſibilia extra animam non ſunt intentiones niſi in potẽtia
non ergo vult dicere.Cõmẽ.ꝙ phãtaſia ſit ſubꝫ ſpẽi ĩtel
ligibilis in quo recipiaƭ ipſa ſpẽs ⁊ informet ipſum.q̃re
ĩcõueniẽter ĩtelligũt Cõmẽ.qd ergo dicẽdũ eſt ad illam
rõeꝫ.Cõſiderãdũ eſt igiƭ ꝙ intellcũs ſic ſupius diceba
tur eſt operans intrinſecum in operando vnite ſe habẽs
ad corpus humanum ſecundum naturam.operatio au/
tem operantis intrinſeci ⁊ appropriati attribuitur toti cõ
poſito ex corpore ⁊ ipſo intrinſeco operante.vt dicimus
celum mouere ſe cum tamen mouere corpus celeſte ſit
operatio determinata ipſius intelligentie que nõ dat for/
maliter eſſe corpori celeſti.Similiter dicendum ꝙ com
poſituꝫ ex intellectu ⁊ homine corporali intelligit.⁊ hoc
verum eſt ratione partis in qua eſt intelligere ſicut exem
plificat aꝝ.in.4.phyſicorum.ꝙ homo rõcinatur quia tex.cõ.24.
anima ratiocinatur.⁊ ſic ratione partis hõ intelligit neqꝫ
eſt necſſe cũ aliqua oꝑatio attribuiƭ alicui rõne ꝑtis ꝙ il/
la pars ſit forma aliarũ ꝑtium.conſtat enim ꝙ viſio eſt ĩ
ſolo viſu vel organo hñte in ſe viſum ⁊ dicimus homi/
nẽ videre.⁊ tñ viſus aut eiꝰ organũ non ꝑficit alias ꝑtes
corꝑis vt manifeſtũ eſt per ſe.¶ Sed ad formã rõnis
cũ arguiƭ.illud quo formaľr hõ oꝑaƭ eſt forma hoĩs.di
co ꝙ veꝝ ẽ vľ forma dans eẽ vel intrinſecũ operãs mõ
ꝑexpoſito.⁊ ſic eſt hic.¶ Sed oppones adhuc difficiliꝰ
qꝛ nihil agit niſi ſm ꝙ eſt in actu.ergo illud per quod hõ
agit eſt ens actu.ſi igitur homo agit per intellectũ reqriƭ
ꝙ ꝑ illδ eſt ens actu.⁊ ſic ẽ forma dãs eẽ.¶ Preterea
tu dicis ꝙ hõ rõe ꝑtis intelligit.⁊ iõ hec eſt vã.hõ rõne

partis intelligit. Contra opatio nō eſt niſi entis ⁊ vnius.
hec eſt manifeſta. mō ſi anima ītellectiua eſt ſeparata ſʒ
eſſe ab hoīe tunc totū cōpoſitū ex ipā aīa ⁊ hoīe corru/
ptibili nō eſt qd vnū cum ex diuerſis ſubſiſtentibus nō
cōſtituatur aliqd vnū ſimplr. ¶ Hic īdubitāter eſt ma
ior difficultas huius ꝑpoſiti. ⁊ ſcio ꝙ hoc eſt vltimum
poſſe illorū q deſtruunt phiā Com. ⁊ ari. ¶ Dicamus
igit eis ꝙ verū ē nihil niſi agere ſm ꝙ eſt ens actu. ⁊ ꝙ
oē illud ꝑ qd aliqd compoſitū formalr agit ē ens actu.
ſed cōpoſitū eē ens actu ꝑ aliqd eſt duplr. Uno mō ꝙ
illud eē actuale recipiatur in alia ꝑte cōpoſiti. ⁊ hoc mō
cōpoſitum ē ens actu ꝑ formā materialē qua .ſ. ipm eē
actuale recipit in mā ſubiecta. ⁊ iō tales formas vocat
Cō. cōſtitutas in eē ꝑ ſua ſubiecta. qr eē ſuū dependet a
mā tāq a ſubo in quo recipit. Alio mō cōpoſitū dr eſſe
ens actu ꝑ partē eo ꝙ illa pars eſt ens actu. illud tn̄ eſſe
actu nō recipit in reliq parte cōpoſiti vt in ſubo. Sʒ ē in
parte illa q dr cōpoſitū ens actu. vbi grā. ꝑpter illos in
qbus de nouo orit phia dicimus ꝙ hō eſt criſpus non
ꝙ criſpitudo recipiat in alia parte q in capite ſʒ ſolū reci
pitur vel exiſtit in capite ⁊ tn̄ abſolute dicimus ꝙ homo
eſt criſpus ꝑportōabilr aliquod cōpoſitū ex corpore ⁊
aliquo operāte intrinſeco dr ens actu. nō tn̄ ꝙ illud eſſe
recipiatur in corpore ſubiue. ⁊ hoc nullū eſt incōueniēs
Et ſi accipes iſtam vlem ꝑpōnē ꝙ oē illud ꝑ qd cōpoſi
tum agit ē actu ens ita ꝙ illud eē recipitur in ſubo. dico
ꝙ hec nō ē vera niſi ī cōpoſitis ex mā ⁊ formis materia
libus que cōſtituunt in eē per ſua ſuba. ſed nō eſt vera
in cōpoſitis ex corpis ⁊ formis īmālibus ⁊ ꝑpetuis cu/
iuſmōi eſt aīa intellectiua ſm ari. Dicā ergo breuiter ꝙ
cōpoſitū ex aīa intellectiua ⁊ corpe humano intelligit rō
ne ꝑtis in qua ſola eſt ipm intelligere ſubiue. ſ. rōne aīe
intellectiue. ⁊ iſtud aggregatū eſt ens actu ꝑ aīaʒ intelle
ctiuā vel rōne aīe intellectiue eo ꝙ ipſa ē ens actu. illud
tn̄ eſſe nō recipit ī corpe hūano ſubiue. ¶ Sʒ tu ꝑter
uiendo infeſtabis. q̄re cōpoſitū ex aīa ītellectiua ⁊ cor
pore aſini nō diceret ens actu rōe aīe cū tamē eſſe aīe n̄
recipiatur in corpe aſini. ¶ Dico ꝙ hoc ē pro tanto qa
aīa intellectiua per ſui nām nō eſt apta nata dependere
ex corpe aſini in operatione ſua ꝑpria. nec aīa aſini dans
eſſe corpori aſini ē eius forma ꝑpinqua in natura ad aīaʒ
intellectiuā. ſʒ aīa intellectiua per ſui naturā nata ē mo/
ueri ad actū ſuū ab aliquo exn̄te in homie. qr ipſa anima
dans eſſe formalr corpori humano eſt forma ꝑpinqua
aīe intellectiue inter oēs formas materiales. ſ. aīa cogita
tiua. ⁊ in tm̄ ꝙ cōſuetudo fuerit ipſam vocare ītellectū.
⁊ ari. met noīat eā intellectū paſſiuū. iſta. n. aīa rōcinat
de rebus indiuidualr ⁊ ꝑticulariter apphenſis. ſicut in/
tellectus abſtractus de vlibus. ⁊ hec ēt ē cā quare hoī
attribuitur intelligere mō ꝑdicto ⁊ n̄ aſino aut equo aut
alteri animali. quia ſcilicet eius anima non ē ita ꝑpiqua
ſecundum naturam anime intellīue vt forme rerūʒ exi
ſtentes in ea ſint ſufficientis ſpiritualitatis ad mouendū
animā intellectiuam ad ſuum actum. ⁊ in hac ſolutione
gaudebit animus meus cum dei laude. ¶ Sed quod
obijcitur ꝙ operatio nō ē niſi entis ⁊ vnius. ⁊ illud com
eſt in intellectu ſor. ergo ſor. intelligit lapidẽ. quia ad hoc
ꝙ ſor. denominet̃ intelligens non ſufficit ꝙ intellectio ſit
in intellectu ſuo: ſed cum hoc requiritur ꝙ virtus phan
taſtica ſor. ſit in actu cognoſcendi lapidem. Unde dicunt
iſti: ſicut nos ponimus ꝙ eadem ſpẽs formata in intelle/
ctu noſtro aliq̃ñ ẽ principium cognoſcendi rem extra ſꝫ
actũ puta quando virtus phantaſtica reſpectu eiuſdem
obiecti eſt in actu. ⁊ q̃ñq̧ non. quando. ſ. virtus phanta
ſtica nõ eſt ĩ actu reſpectu eiuſdem obiecti. ita eadem in
tellectio nunc exiſtens in intellectu meo copulata mihi ꝑ
phantaſmata exiſtentia in me eſt mihi formalis rõ intelli
gendi obiectum extra. eadem aũt intellectio non copula
ta intellectui materiali per phantaſmata mea. ſed alteri⁹
eſt formalis ratio intelligendi illi cui per ſua phantaſma/
ta copulatur ſed non mihi. Sed iſtud videtur mihi val/
de difficile ꝙ intellectio ſor. ⁊ pla. reſpectu vnius obiecti
ſit ſm ſuam ſubam vna ⁊ eadem numero. ⁊ ꝓpter hoc
de iſto faciam queſtionem ſpãlem. ⁊ etiam ibi videbit̃
qualr̃ ratio cõmen. habet efficaciam ſm eius poſitionẽ.
¶ Item arguitur ad principale. Si intellectus poſſibilr̃
eẽt numeratus ſequeretur ꝙ ſcia eſſet qualitas actiua vl̃
ꝙ diſcipulus non addiſceret a magiſtro quoꝝ vtrun/
que falſum eſt. ⁊ pꝫ ꝯña q: qualitas exiſtens in vno ſup
poſito ſeu indiuiduo non poteſt facere ſibi ſilẽm in alio
ſuppoſito diſtincto loco ⁊ ſubiecto niſi illa qualitas ſit vir
tus actiua. vt ignis non generaret caliditatẽ in aliquo alio
ſuppoſito niſi haberet virtutem actiuam. ſi igitur intelle
ctus meus eſt diſtinctus loco ⁊ ſubiecto ab ĩtellectu tuo
ſicut ſequitur ponendo eos eſſe numeratos. quõ ergo ꝑ
ſciam meam potero generare ſciam in ĩtellectu tuo niſi
ſcia mea ſit virtus actiua. Iſtis enim ⁊ ſilibus rõnibus
motus fuit Cõmen. ad ponendum intellectum eſſe vnũ
numero correſpondere omni hoi. Et modus ponendi
fuit iſte. poſuit enim iſtum intellectum ⁊ quãlibet aliam
ſubſtantiam ĩmãlem non habere aliquam intentionem
ſuper additam ſpẽi. ſed per idem eſſe intelligentiã ⁊ hãc
ita ꝙ ſua heceitas eſt ſua quiditas nõ ſuperaddita quidi
tati. hunc autem intellectum poſuit hr̃e naturalem incli
nationem quandam ad corpus organicum perfectũ po/
tentijs ſenſitiuis hoĩs quas poſuit alterius ſpeciei a potẽ
tijs aliorum animalium ſaltem q̃tum ad virtutem cogi
tatiuam propriam hoĩ. ⁊ fuit imaginatio ipſius ꝙ intel/
lectus per naturam ſuam eſt actus ⁊ ꝑfectio nature hu
mane modo prius expoſito. nature dico humane tanq̧
ſui primi perfectibilis. ſed huius hominis ⁊ illius ſoluꝫ
ex conſequenti ⁊ ſecundario. ¶ Contra hanc poſitionẽ
ſunt multe difficultates. Una eſt quã etiam mouet Cõ.
contra ſeipſũ. quia intellectus eſt prima perfectio hoĩs.
vt patet per diffinitionem communem omni anime da
tam in 2°. huius intelligere autem eſt ſecunda perfectio
Cum igitur ſecunda perfectio ſit alia ⁊ alia in alio homĩe
ſequitur ꝙ prima perfectio debet eſſe alia ⁊ alia. ¶ Itẽ
viderentur ſequi multa inconuenientia contra iſtam po/
ſitionem. Unum eſt ꝙ ego eſſeꝫ per eſſe tui ⁊ tu per eẽ
mei. quod eſt abſurdum. ⁊ patet conſequentia. quia in/
tellectus eſt prima perfectio ideſt forma ſubalis cuiuſli
bet hominis. ⁊ ſic ſi eſſet vn⁹ numero ego ⁊ tu habere
mus formam ſubſtantialem vnam numero. ⁊ per con/
ſequens vnum eſſe. ⁊ ſic ego eſſem per eſſe tui ⁊ tu per
eſſe mei. ¶ Item ſequeretur ꝙ ſort. fuit anteq̃ eſſet ge
neratus. probatio quia cum eſt forma rei res illa eſt. ſed
intellectus cum ſit eternus fuit anteq̃ ſortes fuerit gene
ratus. ergo cum ipſe ſit forma cuiuſlibet hominis ſequit̃
ꝙ ſor. fuit anteq̃ eſſet. ¶ Iteꝫ ſequitur ꝙ ſor. nõ eſt cor
ruptibilis inquantum homo quia ipſe eſt homo per in/

tellectum qui eſt corruptibilis.quare ⁊c̃.¶ Item ſeque
retur ꝙ ego acquirerem ſciam quaꝫ tu acquiris ⁊ ecõ/
uerſo perderem ſcientiam quam tu perdis cum ſcia nõ
acquiratur niſi in intellectu nec perdatur niſi in intellectu
impoſſibile eſt ãt ideꝫ ſm idem acquirere ſciam ⁊ ſilr̃ p
dere.quare ⁊c̃. ¶ Iteꝫ aliqui ſic arguunt contra Cõm.
Si intellectus eſt vnus in oĩbus hoĩbus ſequitur ꝙ cõ
traria ſunt ſil' in eodẽ ſubiecto numero qꝺ videtur im/
poſſibile.probatur conſequentia.quia certum eſt ꝙ opi
niones contrariorum ſunt contrarie.vt vult Ariſto.in 2°.
perihermenias ⁊ 4°.meta.ſed cõtingit vnum hoĩeꝫ ha
bere opinionem in ſuo intellectu de vno contradictorioꝶ
⁊ alium aliam opinionem de alio ſil' ⁊ ſic in ipſo intellcũ
ſil' erunt ꝯ̃ria.quare ⁊c̃. ¶ Item aliqui arguũt.vnicuiꝗ
perfectioni que eſt forma ĩmãlis ⁊ ſeparata ei corñdet
niſi vnum perfectibile.vt patet in motoribus celeſtibꝰ
in quibus vni motori non corñdet niſi mobile vnuꝫ nu/
mero ⁊ vnus nauta non vtitur ſil' niſi vna naui. Cum
igitur intellectus ſit perfectio ĩmãlis ſequitur ſi eſt vnus
numero ꝙ ei correſpondet niſi perfectibile vnum nume
ro.⁊ ſic ſil' nõ erit niſi homo vnus numero qꝺ eſt ridicu
lum.⁊ iſtã rõem etiam tangit Cõmẽ. ¶ Item Albertꝰ
arguit contra iſtam opinionem quatuor rationibus. Pri
ma eſt iſta.Omne compoſitũ eſt hoc aliquid p ſuam for
mã ſubalẽ que eſt ſua prima pfectio.ſi ergo hõ ẽ hoc ali
quid.ſ.ſingularis hõ diſtinctus numero ab alio homine
ergo forma eius ẽ diſtincta a forma alterius ſimplr̃.for
ma autem eius eſt intellectus.q̃re ⁊c̃. ¶ Scꝺa rõ ſtat ĩ
hoc.particularium p̃ncipia ſũt particularia.vt pꝫ p Ari.
tex. cõ. 45 7°.meta.cõtra Platonẽ.cũ ergo intellectũs ſit formale
p̃ncipium huius hoĩs oꝫ ꝙ ſit ſingularis ⁊ diſtinctus in
hoc ⁊ in illo. ¶ Tertia ratio ẽ vltima rõ quã tãgit Cõm.
ꝯ ſe. ¶ Quarta rõ eius ẽ hec.cũ aĩalitas in hoĩe indiui/
duetur ⁊ numeretur in diuerſis ſuppoſitis hoĩs.huma
nitas autẽ nõ indiuiduatur. Naꝫ ſi intellectus mãlis per
quẽ hõ eſt hõ ẽ vnus numero in oĩbus hoĩbus ſeque/
retur ꝙ natura generantis homĩs indiuiduaretur ⁊ dĩa
remaneret vlĩs ⁊ nõ indiuiduata.⁊ ſeq̃ret ꝙ ſpẽs ꝯpo/
neret ex indiuiduato ſꝫ eẽ ⁊ ex nõ indiuiduato.ſilr̃ ꝯpo
neret ex corruptibili ⁊ incorruptibili q̃ oĩa ſũt abſurda.
¶ Itẽ aliq obijciũt ſi intellectus ẽ vnus numero ſeq̃tur
ꝙ vnius virtutis numero reſpectu eiuſdẽꝫ obiecti erunt
diuerſi actus.qꝺ videt' oĩno impoſſibile.ꝙ enim virtus
viſiua vna numero ſil' habeat plures viſiones reſpectu
vnius viſibilis hoc eẽt abſurdum.⁊ pꝫ ꝯñã.q2 poſſibile
eſt ꝙ ſor.⁊ plato ſil' intelligãt aliqꝺ intelligibile vnuꝫ nu
mero ſicut lapidẽ aut huiuſmodi.ſequit' igitur ꝙ dcm̃ ẽ.
¶ Item aliqui obloquũtur contra Cõm. dicentes hoc
eẽ ficticium ꝙ aliquid per ſe ſubſiſtens ⁊ ſeparatum ſit
forma ⁊ perfectio alicuius qꝺ eſt vnum per ſe. nam ex
aliquibus duobus fit vnum per ſe eo ꝙ vnum illorum
2°. ħ. tex. eſt actus ⁊ reliquum potentia vt patet ĩ 2°.huius.⁊ 8°.
cõm. 7. 8°. metaph.quare ⁊c̃. ¶ Preterea videtur eẽ ficticium ꝙ
meta. tex. aliquid p ſe ſubſiſtens copuletur tot corporibus loco ⁊
cõm. 15. tempore diſtantibus ⁊ diſtinctis. ¶ Preterea ĩpoſſibi
le eſt aliqꝺ vnũ numero inueniri in diuerſis ſuppoſitis.
cuius oppoſitũ dicit.Cõmen. ¶ Preterea q̃ eſt cã effi
ciẽs ſiue effectiua illius vnionis vl' copulationis intellectꝰ
mãlis cũ corpore ſor.vl' platonis. Non eſt dicendum ꝙ
intellectus agẽs.quia intellectus mãlis prius copulatur
nobis q̃ꝫ agens.vt dicit cõmẽ.in cõmento 1°.nec aliqua
alia ſuba eterna põt eẽ cauſa huius copulatiõis.qm̃ hec
copulatio eſt noua.⁊ ab eterno ⁊ ĩmutabili non poteſt p
cedere aliquis actus nouꝰ ſm Cõmen. Nec eſt dicẽdũ
ꝙ ipſum generans ſit cauſa effectiua huius copulatõis.
nã cũ generans ſit corporeũ eius actus debet terminari
ſolũ ad formã corporeã. Nec intellectus mãlis copulat
ſeipſum cũ corpore qm̃ nulla forma copulata materie ẽ
cauſa effectiua copulatõis ꝓprie cum alio.igitur huiuſ/
modi copulatio non eſt niſi fictitium.quia dictum ſine oĩ
ratione. ¶ Et ſiquis arguat ſic.remanente forma p quã
ſor.fuit homo remanet ſor. Dici poſſet ei ꝙ iſtud argu/
mentum eſt contra fidem catholicam: ⁊ tu ſcis ⁊ patet
ex predictis. Et diceret Cõmẽ.ꝙ ſi remanet forma per
quam ſor.ſufficienter fuit homo ⁊ eo modo verũ ẽ.ſed
poſt mortem ſor.non remanet aĩa intellectiua ſil' cũ co/
gitatiua.imo corrumpitur cogitatiua ſm Ari.vt videbi/
tur poſt.⁊ iſta fuit principium eſſentiale ſortis in eſſen/
do hominem. quare ⁊ cetera. ¶ Ad primum diceret
Cõmen.ꝙ q̃uis bene ſequatur ſi prima pfectio eſt nu/
mreata.ergo ſcꝺa eſt numerata.q2 ſcꝺa perfectio funda
tur in prima.non tamen ſequitur ꝙ ſi ſecunda perfectio
eſt numerata ꝙ etiam prima ſit numerata.imo in vna ⁊
eadem prima perfectione poſſunt ſimul eẽ plures ſecũ
de perfectiones.ſ.plures actus intelligendi ⁊ precipue
reſpectu diuerſorum hominum. ⁊ forte reſpectu vniꝰ
hominis.⁊ huiuſmodi pluralitas ⁊ diſtinctio actuũ intel
ligendi in intellcũ eodem ſecũdũ numerũ prouenit aliq̃/
liter ex diuerſis phantaſmatibus hoĩuꝫ vel cognitõibꝰ.
¶ Ad aliud dico breuiter ꝙ bene concluderet ſi intelle/
ctus cũ hoc ꝙ eſt vnus numero eſſet etiã forma ĩherẽs
corpi ⁊ dãs eẽ formalr̃ ipſi. Sꝫ Cõmẽ.diceret.ꝙ non ẽ
ita.qualiter autem ſit forma viſum eſt p̃us. ¶ Ad aliud
per idem.cum enim aliquid eſt forma alicuius oꝫ illud
eſſe.⁊c̃.verum eſt ſi eſt forma inherens ſue materie ⁊
dans ei eẽ ſuũ formaliter.ſed ſi eſt forma.i.operans in/
trinſecum ſubſiſtens p ſe non oꝫ.⁊ ſic eſt ħ. ¶ Ad aliud
dicendum ꝙ idem argumentum poſſet fieri contra po/
ſitionem catholicam.quia ſm eam intellectus ſor.p quẽ
ipſe eſt homo eſt incorruptibilis ⁊ ſic ſor.erit incorrupti/
bilis ſm ꝙ homo. Et dicunt aliqui ſuſtinentes opioneꝫ
Cõmen.ꝙ lꝫ forma qua ſor.eſt homo ſit incorruptbilis
tamen hõ noĩat cõpoſitum ex ipſa aĩa intellectiua ⁊ cor/
pore hoĩs.⁊ illud eſt corruptibile rõne aĩe cogitatiue vt
dicit Cõmen.lꝫ igitur anima intellectiua ſit incorruptibi/
lis.q2 tamen indiuiduũ hominis non dicitur homo ſecũ
dum intellectum niſi ſil' in eius corpe ſit anima cogitatiua
⁊ hec eſt corruptibilis.ideo indiuiduũ humanuꝫ non ſo
lum eſt corruptibile ſm ꝙ animal.i.q̃ꝫtum ad ſuam aĩa
litatem imo etiam ſm ꝙ homo.i.q̃ꝫtum ad ſuaꝫ huma
nitatẽ.aĩa.n.cogitatiua eſt propria hoĩ qua poſita põitur
homo ⁊ qua remota remouetur. Qualiter autẽ vnum
indiuiduũ.ſ.humanum habeat tales duas formas vi/
debitur poſt magis perfecte. ¶ Ad aliam cuꝫ dicitur ꝙ
ego acquirerem ⁊c̃. ꝓpter ſolutioneꝫ huius rationis cõ
ſideranda ſunt aliqua ſicut etiam premittit commenta.
¶ Primo conſiderandum eſt ꝙ ſicut ex materia ⁊ for
ma fit aliquod vnum.ſic ex intellectu materiali ⁊ ſuo actu
qui eſt ſpecies intelligibilis ⁊ actus intelligendi fit aliqꝺ
vnum.⁊ magis fit vnum ex his q̃ꝫ ex materia ⁊ forma.
q2 illud quod ꝯpõitur ex eis nõ eſt aliquod aliud compo
ſitum ab eis ſicut de alijs compoſitis ex mã ⁊ forma.qꝺ
q̃lr̃ ſit intelligendum forte videbitur poſt. ¶ Ulterius ẽ
conſiderandum ſicut docet cõmen.ꝙ homo non eſt ĩtel
ligens actu niſi per continuationem intellectus cum eo
actu.quod ſic intelligo.homo enim nõ intelligit actu niſi
cum actu producit actum ipſius intellectus.ſicut aliquid
non eſt comburens vel igniens actu niſi cum actu ꝓdu/
cit actũ ipſius ignis ⁊ hoc eſt manifeſtum. Cum igitur
ex intellectu ⁊ ſuo actu fiat vnum vt premiſſum eſt nec̃e
eſt ſi homo continuatur cum actu intellectus ꝙ produ/
cat actum intellectus.aut ꝙ producat ipſummet intelle/
ctum.aut ꝙ ſolum producat ⁊ eliciat eius actum: ſed ĩ/
poſſibile eſt ꝙ idem homo producat ipſam ſubſtantiaꝫ
intellectus.quia ipſe eſt perpetuus ⁊ ingenerabilis ⁊ in
corruptibilis.vnde requiritur ꝙ homo producat ipſuꝫ
actum ipſius intelligibilis materialis.⁊ hoc eſt qꝺ voluit
dicere Cõmen.in his verbis. Cõtinuatio igitur intelle/
ctus cum homine impoſſibile eſt vt ſit niſi per continua
tionem alterius duarum partium cum eo ſcilicet partis
que eſt de eo quaſi materia.aut partis ſcilicet que ẽ ꝺ eo
quaſi forma.⁊ declaratum eſt in predictis dubitationi/
bus.ꝙ impoſſibile eſt vt intellectus continuetur cuꝫ ho
minibus.⁊ numeretur per numerationem eorum per

partem que eſt de eo quaſi materia.ſ.per intellectum materialem.remanet ergo vt continuatio intellectus cū nobis hoïbus ſit per continuationem intentionis intellectiue.i.ipſius actus intellectus.⁊ ſunt intentiones imaginate ſupple quibus producimus ⁊ elicimus ipſum actū intellectus.⁊ ideo concludit Cōmen.multum ſubtiliter ꝙ puerum eſſe intelligentem in potentia poteſt intelligi dupliciter ſiue duobꝰ modis.Uno mō ꝙ.forme imaginate que ſunt in eo ſunt intellecte in potentia.i.mouent ītellectum in potentia.intentiones dico imaginate que ſūt in eo in potentia.Alio mō ꝙ intellectus materialis qui ē natus recipe intētionē illius forme imaginate.ſ.ſpēm intelligibilem vel actū intelligendi ꝯformē illi intētioni imaginate ſit recipiens in potentia ⁊ cōtinuetur nobiſcuꝫ in potentia.imaginatur ergo iſte hō ꝙ hō ꝑ iſtum moduꝫ intelligit. q2 totum aggregatum ex intellectu ⁊ homine habente virtutem cogitatiuam producit in ſeipſum actū intelligendi ⁊ hoc eſt ipſum intellectum nobis continuari ita tamen ꝙ ipſum actum intelligendi elicit ⁊ recipit rōe alteriꝰ ⁊ alterius principij.Nā ratione ipſius intellectus materialis recipit.⁊ ratione anime ⁊ virtutis cogitatiue actualr̄ cogitantis pn̄te intellectu agente producit ſeu efficit hūc actū.⁊ ſic intelligit.Qualr̄ aūt iſta duo cōcurrant ad faciendū intelligere.ſ.intellectus agēs ⁊ phātaſia ſeu cogitatio videbitur inferius. Tūc ad ꝓpoſituꝫ dico ꝙ q̄ꝫtūcūq3 ſit vnus numero ītellectus quo oēs homines intelligunt tamen non ſequitur ſi ego acquiro aliquem actū intellectus.ſ.ſcientiam vel ſpeciem vel intellectionem ꝙ tu acquiras illam eandem.q2 poſſibile ē ꝙ phantaſia mea ſiue cogitatiua ſit in preparatione propria ⁊ debita ad producenduꝫ actū intellectus ſcilicet ꝙ actu cogitabit.⁊ ſic ego acquiro illum actum.⁊ tua cogitatiua non ſic erit in debita preparatione ⁊ propinqua vt ſit mouens.⁊ ſic tu non acquires neq3 elicies talem actū neq3 intellectus tuus ex tuo phantaſmate recipiet talē actū ⁊ ſic tu nō eris intelligens ſicut ego aut ecōuerſo.¶Ex hoc euidenter pꝫ ſolutio qōnis quam ſolent facere aliq non bene exercitati in pōne Cōmen.querunt enim quō ſor.intelligit per aliquid ſeparatū ſecūdū ſubſiſtēciaꝫ ab eo ſicut eſt intellectus ſecundum cōmē.⁊ reputant queſtionem inſolubilem.Et mihi videt̄ vtiq3 ꝙ ſolutio bene leuis eſt parum exercitatis.non enim diceret cōmen.ꝙ ſor.intelligit formalr̄ prout ſor.dicit ſolum compoſitum ex corpore ⁊ anima cogitatiua inherente.ſed prout dicit totū cōpoſitum ex aïa intellectiua ⁊ predicto compoſito hoc āt totū ꝯpoſitū eſt quid vnū ſufficienter prout requiritur ad talē operationem eliciendam.naꝫ ipſe intellectꝰ incoporeus exn̄s nō eſt diſtictus loco ⁊ ſubiecto ab ipſo ſorte cogitante.⁊ cum hoc habet naturalem inclinationē ⁊ ꝓmptitudinem vt ex ſpeciebus exiſtentibus in anima cogitatiua hominis moueatur ad ſilitudinem rei cognoſcende.⁊ ſic eſt operans intrinſecum ⁊ appropriatū hoī vt videbitur poſt.⁊ iō ex ipſo cū hoïe ſufficienter fit ens vnū vnitate requiſita ad talem actū ſicut eſt intelligere. Iſte enī actus qui eſt intelligere cū ſit ſine corpore ſubo ita nec per ſe nec ꝑ accidens indiuiduat̄ indiuiduatiatione magnitudinis corporalis.imo non requirit nec ꝑmittit ꝙ forma in qua recipitur ſit indiuiduata indiuiduatione magnitudinis corporalis.vnde ſufficit illam formam eſſe operans intrinſecū per naturā.q̄ꝫuis non ſit indiuiduata.ſicut ad iſtā operationē celi que eſt mouere.ſeipꝫ bene ſequitur ꝙ motor eius ſit perfectio eius non indiuiduata.neq3 extenſa ſm extenſionē eius.ſed ſubſiſtens appropriatum per ſui nām ad ipſum mouendum vt pꝫ ex 8°.phẏcorū.Et ſiquis aſſerat ꝙ ad hoc ꝙ ſor.intelligat neceſſarium eſt ꝙ ex forma ex qua recipit̄.i.in q̄ recipit̄ intelligere fiat vnū in eſſe ſubſiſtentie cū corꝑe ſor.⁊ ꝙ ſit numerata ſm numerationē.ſor.i.diſticta ab alijs formis einſdē ſpēi.ſcias ipm nō bn̄ videre nāꝫ oꝑatiōis ipſius intellectus ꝑ doctrinā Ari.Nec eſt īconueniēs ꝙ v̄tutis vnius ſil̄ reſpectu vnius obiecti vel einſdem ſint diuerſi actus dūmodo illud obiectum non ſit proprium motiuū illius virtutis.Cōſtat aūt ꝙ quiditas que intelligitur non eſt īmediatum motiuū intellectus ad ſuū actū ſed mouet mediante phantaſmate qō eſt aliud ⁊ aliud ī diuerſis hominibus.¶Ad aliam poteſt dici ꝙ non ſeqtur contraria ſimul eſſe in eodem ſubo ſm numerum. Opiniones enī de contradictorijs non ſunt ꝯrie niſi ſint reſpectu einſdē hoïs ita ꝙ idē hō eas habeat ꝑ ſua phātaſmata ⁊ hoc non contingit ſm veritatē.vt ꝙ ſor.opinetur idē ſil̄ eſſe ⁊ non eſſe aut huiuſmodi aliquid. Diceretur ergo ꝙ intellectus quo ſor.opinatur poteſt habere opinionē de vno contradictoriorꝫ per phantaſmata ſor.⁊ ille idē intellectus numero habet opinionem ſil̄ de aliquo contradictoriorū ꝑ phantaſmata pl̄onis.⁊ iſte opiniones nullā adinuicē habent contrarietatē.ſed ſi opiniones de duobus contradictorijs procederent ex phātaſmatibus vnius ⁊ einſdem indiuidui tunc eſſent ꝯrie.⁊ ſic intelligeretur dcm̄ Ari. ¶Alij dicunt aliter ꝙ opiniones ꝯdictoriorum bn̄ ſunt ꝯtrarie qualitercūq3 contīgat.ſed non eſt īpoſſibile ꝙ ꝯria ſunt in eodē ſubiecto ſil̄ reſpectu diuerſorū ⁊ a diuerſis mouentibus.vt ſi alicui calefactibili appropinquetur ignis potens ipſum calefacere per totum.⁊ ſi eidē appropinquetur aliquid valde frigidum.videtur ꝙ illud calefactibile aliqualr̄ recipiat contraria ab illis diuerſis mouentibus.⁊ ſic erit in propoſito.¶Alr̄ poteſt dici ſatis probabiliter ꝙ ſicut ſpēs ſenſibiliū ꝯrariorū albi ⁊ nigri nō ſunt ꝯrie ⁊ pn̄t eſſe ſil̄ in eodem ſm idē.ſic ſilr̄ opiniones de contradictorijs non ſunt vere contrarie.ſed diſperate ⁊ multuꝫ diuerſe.Et ad auctoritatē Ariſto.in.2°.ꝑihermenias dico ꝙ nō intēdit abſolute ꝙ tales opiniones ſint ꝓprie contrarie.ſꝫ intendit iſtā cōditionalē ꝙ ſi alique opiniones ſunt contrarie ille ſunt opiniones de contradictorijs ⁊ nulle alie ſicut ibi probat̄.¶Et hec cōditionalis bene eſt vera.q̄ꝫuis añcedens eius falſum ſit.Et ꝓpter hoc Ari.in 4°.meta arguendo contra illos qui negabant primū principium ducit eos ad illud inconueniens ꝙ ſi opiniones cōtradictoriorꝫ eēnt contrarie tunc ſm eos huiuſmodi ꝯria ſil̄ eſſent.ſ.huiuſmodi opiniones contradictoriorum quas ipſi ponebant ſil̄ eſſe in intellectu.⁊ hoc eſt inconueniēs. qō tamen ſequeretur ad pōnem.vt pꝫ ibideꝫ.Unde ſic intelligam rōnem Ari.contra illos.Si aliquis opinatur ꝙ ꝯtigat idē ſil̄ eē ⁊ non eſſe.tunc ſi opiniones contradictorioꝝ ſint contrarie cōtinget eas ſil̄ ineſſe eidē.ſed hoc eſt impoīe.quare ⁊c̄.falſitas conſequentis eſt māifeſta nam ſiue opiniones contradictoriorum ſint cōtrarie ſiue non tamen hec conditionalis eſt falſa ⁊ impoſſibilis. ꝙ ſi ſint contrarie contingat illas ſimul eē in eodem.⁊ ideo oē illud dꝫ reputari falſum ex quo ſequeretur iſtam eſſe veram.ſed ꝯn̄a eſt manifeſta.Nam ſiquis opinatur ꝙ contingit idem ſil̄ eſſe ⁊ non eſſe ſm idem ipſe hꝫ opiniones contradictoriorum ſil̄.hoc eſt manifeſtum.ergo ſi iſte opiniones ſint contrarie ſequeretur ꝙ ſimul haberet opiniones contrarias.Uel poſſet dici ꝙ Ariſto.ibi ꝓcedit ex ꝯceſſiōe illorū.ipſi enī habuerunt concedere ꝙ opiniones contradictorioꝝ ſunt cōtrarie poſtq̄ꝫ dicebāt ꝙ de aliquo poteſt eſſe vera affirmatio ⁊ negatio ſil̄ ⁊ ſꝫ idē ⁊c̄.eadē rōe de quolibet.vnde ſequitur ꝙ opiniōes de contradictorijs ſunt contrarie ⁊ non ſunt contrarie.⁊ ſic concluderetur illud incōueniens cōtra illos.ſ.ꝙ contrarie opiniones ſunt ſil̄. ¶Item alr̄ poteſt dici ꝙ ſm lr̄am quā Cōmen.exponit ibideꝫ non inuenitur Ari. accipere ꝙ opiniones cōtradictoriorū ſint contrarie.ſed ſolum ducit ad hoc inconueniens ꝙ contraria ſil̄ erunt.ſ.calidū ⁊ frigidū.q2 ſūt minus oppoſita q̄ꝫ contradictoria ⁊ vide expoſitionē Cōmen.in.illa parte ⁊ nihil inuenies cōtra iſtud.¶Ad aliam cū dicitur ꝙ vni perfectioni ⁊c̄. poteſt dici ꝙ hoc eſt verum in illis quorum perfectibilia ſunt eterna ſicut in corporibus celeſtibus ⁊ in illis perfectionibus que non poſſunt eſſe in diuerſis perfectibilibus ſil̄ neq3 in eis vel per ea ſufficienter operari ſil̄ ſicut vnus nauta nō poteſt ſimul operari per diuerſas naues ſufficienter.Sed vbi perfectibile alicuius perfectionis

tex. cō. 9.

tex.

cōm

ſeparate eſt generabile. ⁊ corruptibile ⁊ illa ꝑfectio pōt
ſimul eſſe cum diuerſis ⁊ in pluribus perfectibilibus ⁊
operari per ea ⁊ in eis nullum eſt inconueniens eiuſdez
perfectionis plura eſſe perfectibilia. ⁊ ſic eſt hic. Nā q/
libet homo ꝑticularis cuius perfectio eſt intellectus poſ
ſibilis eſt corruptibilis. ⁊ vnus intellectus poteſt perfe/
ctiſſime operari in pluribus talibꝰ vel per ea. quare ⁊c̃.
¶ Aliter poteſt dici ꝙ illa propoſitio eſt vera quādo ꝓ/
ma perfectō comparatur ſuo primo perfectibili ⁊ aliter
non. nunc autem nullum indiuiduum hoīs eſt primum
perfectibile per intellectum. ſ; tota ſpecies humanam
correſpondet ei ſicut vnū primū perfectibile: ⁊ ex con
ſequenti indiuiduum humanum hoc vel illud. ⁊ ex hoc
contingit ꝙ intellectus humanus nunq̄ eſt ſine corpore
humano ⁊ nunq̄ oīno denudatus ab actu. licet enim nō
operetur nec intelligat ex phantaſmatibus huius homi
nis tamen eſt perfectus per phantaſmata alterius. ⁊ ſic
ſemper eſt perfectus reſpectu ſpeciei humane vt dicit
Cōmentator. ſ; non ſemper ſit perfectus reſpectu huiꝰ
indiuidui. Ex hoc enī oritur dubitatio difficilis ꝯtra ſen
tentiam cōmen. Cum eniʒ intellectus ſit ab eterno ⁊ ab
eterno fuit humana ſpecies ⁊ intellectus recipit ſuas ꝑ/
fectiones a phantaſmatibus hominum. videtur ꝙ ipſe
eſt iam oīno ꝑfectus ⁊ plenus ſpēbus intelligibilibꝰ ꝓ/
cipue q: ſm eū ꝑhia eſt eterna reſpectu ſpēi humane ⁊
ſemꝑ eſt ꝑfecta in maiori parte ſui ſubiecti. cū ergo reci
piens debet eſſe denudatū ab eo qđ recipit videt̃ ꝙ vl/
terius intellectus nullam ſpeciem recipiet. ⁊ ſic nullꝰ hō
incipiet intelligere cū nō poſſet recipere ītelligere de no/
no niſi ītellectus recipiat ſpēm de nouo. vt vr̃ eſſe mani
feſtū de intētione ari. Et ad hoc pōt dici ꝙ q̄uis ītellectꝰ
haberet in ſe ſpēs ītelligibiles oīum rerꝫ ītelligibiliū. tñ
9. poſſibile eſſet ꝙ ipſe reciperet aliq̄ ſpēm intelligibilē de
nouo a phantaſmatibus huius hoīs vel illius virtute ī.
tellcūs agentis. Et cū dr̃ ꝙ recipiēs debet eſſe denuda/
tum a nā recepti ſaltē ſm ſpēs vt dicit cōmen. in iſto. 3º.
Dico ꝙ aliqd eē denudatū ab aliquo. pōt ītelligi dupl̄r.
Uno mō ſm quiditatē ⁊ eēntiā. ſ. ꝙ eſſentia eius non ſit
eſſentia alterius. ſicut nos dicimus ꝙ linea eſt longitudo
ſine latitudine. ſ. eſſentialiter ꝙ eſſentia linee non eſt eēn
tia latitudinis. Alio modo intelligitur aliquid eē denuda
tum ab alio ſm eſſe ſubſiſtentie. ⁊ ſic aliqua ſunt denu/
data abinuicē qñ vnū illorū non eſt cōiūctū alteri ſm eē
nec econuerſo ſicut oculus ceci eſt denudatus a viſione.
ſil̄r aūt ⁊ ī multis alijs. Mō cū dicit cōmen. ⁊ ari. ꝙ re/
cipiens debet eē denudatū a recepto ſine dubio verum
eſt vel ſm ſubſiſtentiā vel ſm eſſentiā ⁊ hoc ſufficit. ni/
hil enim recipit ſeipſū. Mō dico ꝙ q̄tūcūq; ītellectus
hr̃et in ſe ſpēs ītelligibiles oīuʒ qditatū ſibi inherentes.
non tamen eſt ideʒ eſſentialiter cum eis imo eſt aliđ eēn
tial̄r ab omnibus eis ⁊ ideo nihil prohibet qn alias reci/
piat. nec ſequitur ꝙ aliquid recipiat ſeipſum nec ſʒ ſpe
ciem nec ſm numerum. quia ipſe intellectus non eſt ali
qua illarum ſpecierum. ¶ Sed dices ſi intellectus ha/
bens ſpeciem lapidis recipit a phantaſmate alterius ſpe
ciem lapidis ſequitur ꝙ duo accidentia abſoluta dr̃ia nu
mero ⁊ eiuſdem ſpeciei erunt ſil̄ in eodem ſubiecto. hu
tex. 15. iuſmodi eniʒ ſpecies intelligibiles ſunt accidentia abſo/
luta de prima ſpecie qualitatis vt coīter dicitur. hoc aūt
videtur inconueniens ⁊ contra Ariſto. 5º. metaphyſi.
¶ Dicēdum breuiter ad pñs ꝙ illud dictum Ariſto. ē
intelligendum de accidentibus abſolutis ⁊ a termino ⁊
ab obiecto. Iſte autem ſpecies non ſunt accidentia abſo
luta ab obiecto. īmo neceſſario dependent in eſſe ⁊ con/
com. 30. ſeruari ab obiecto vel ab agente propinquo. ſ. phantaſ/
mate humano. vnde Comen. in iſto 3º dicit ꝙ intelligi/
bilia vl̄ia ſunt colligata cum intentionibus imaginatis ⁊
corrupta per corruptionē earꝫ. Ex hoc etiam apparet ꝙ
q̄uis intellectus fuerit ab eterno ⁊ acquiſiuerit ſpēs ītel
ligibiles a phātaſmatibus hoīum ꝓcedentiū nō ſeqt̃ ꝙ
nunc habeat ī ſe illas omnes. q: corrupto aliquo indiui/
duo corrumpunt̃ eius phantaſmata. ⁊ per conſequēs
ſpecies dependentes ab illis ⁊ hec eſt cauſa quare non
reminiſcitur poſt morteʒ. vt expreſſe dicit Ariſtoteles.
¶ Ad primam rationem Alberti dico breuiter. ꝙ cōm
poſitum eſt hoc aliquid per ſuam formam inherētē ſue
materie. ſed non oʒ ꝙ ſit hoc aliquid per formam ſubſi/
ſtentem. ⁊ ſic eſt intellectus in homine. ¶ Ad aliam cuʒ
dicitur principia particularia ⁊c̃. dicendum ꝙ ariſto. loq
tur ibi contra Platonem qui ponebat quiditates ſingu
larium eſſe ſeparatas ⁊ ſubſiſtentes ⁊ eſſe principia ge/
nerationis ⁊ ſcientie. contra queʒ loquitur Ariſto. ꝙ ꝓn
cipia particularium ſunt particularia accipiendo parti/
culare prout diſtinguitur contra illud qđ eſt vniuerſale
Platonis. oʒ ꝙ principia particulariuʒ ſint particularia
ideſt comprehenſa ⁊ cōtenta in materia particulari ⁊ lo
co particulari. ⁊ hoc precipue non eſt neceſſarium in ho
mine qui eſt confinium mālium ⁊ īmālium compoſitū
ex natura corruptibili corporali ⁊ natura ſpirituali incor/
ruptibili. ⁊ ideo neceſſe eſt vt eius principia non habeāt
oīo conformitatem adīuicem quam hñt ꝓncipia aliorūʒ
compoſitorꝫ ex forma educta de potētia materie ⁊ mā.
Uel dicat̃ ꝙ illa ꝓpoſitio Ari. ꝓncipia ꝑticularium ſunt
particularia vera ē de principio māli ⁊ agēte ꝓpinquo ⁊
forma īherente ⁊ hoc eſt contra Platonē q ponebat ge
nerans ꝓpinquū ⁊ formā īherētē ſube ꝑticularis eē qd
vniuerſale. ſ; nō oʒ ꝙ principium rei ꝑticularis qđ ē eiꝰ
forma ſubſiſtens ſit particulare nūeratū ⁊ diſtinctū nu/
meraliter. Si enim forma ſubſiſtens diſtigneret̃ nume
raliter tunc diſtingueret̃ per ſeipſā cū non diſtingueret̃
ſecundum diſtinctionem corporis ſeu materie. Et ſi. di/
ſtingueretur per ſeipſam diſtingueretur ſecundum ſpe
ciem. Sed ſi dices ꝙ forma ſubſiſtens diſtinguitur per
hītudinē ad aliđ ⁊ aliđ corpus. ¶ Cōtra qđlʒ corpꝰ pro
prium indiuidui eſt corruptibile ſaltē ad diſpōnes qbus
appropriatur huic īdiuiduo: ergo corruptis diuerſis cor
poribꝰ ꝓprijs diuerſorum indiuiduoruʒ corrupitur ha
bitudo ad illa corpora ⁊ ſic ille forme nō erunt diſtīcte.
¶ Item ſi illa habitudo intellectus ad ipſum corpus eſt
ſubſtantialiter ⁊ eſſentialiter idem cū ipſo intellectu tūc
ſi diſtingueretur per habitudinem ad corpus diſtingue
retur per ſe. Si vero illa habitudo eſt accidens. ſ. qdam
reſpectus tunc arguo ſic. Q̄ñcūq; ſuba ⁊ accidēs reſpe
ctiuum ſunt diſtincta diſtīctio ſubiecti naturalr̄ ꝓcedit di
ſtinctionem illius accñtis. Ridiculum enim eēt dicere ꝙ
diſtinctio paternitatis ī diuerſis hominibus exiſtens ſit
prior naturaliter q̄ diſtinctio illorum hominum. ergo ſi
militer in propoſito diſtinctio intellectuuʒ naturaliter ꝓ/
cedit diſtinctionem ſuarꝫ habitudinum. ⁊ ſic non diſtin/
gunt̃ per habitudines. ¶ Preterea cum ītellectus ſit
ſuba qualiter in ipſo fundabitur iſta relatio. ſ. habitudo
ad corpus niſi mediante quātitate vel qualitate vel actio
ne vel paſſione vel aliquo alio accidente abſoluto: ⁊
tunc erit queſtio de illo accidente abſoluto qualiter di/
ſtinguet̃. ⁊ totū hoc vr̃ imāifeſtū ⁊ īdemrabile. qr̃ ⁊c̃.
¶ Ad aliam rōnem. dicitur ꝙ bene eſt inconueniens ꝙ
natura generis īdiuiduetur ⁊ non indiuiduetur nā dr̃ie
que ſumitur a forma īherente. ſed natura differētie q̄
ſumitur a forma ſeꝑata ⁊ ſubſiſtēte neceſſario remanet
non indiuiduata indiuiduatione materie corporalis. ſi. n.
ſic indiuiduaretur indiuiduatione materie corporalis nō
reciperet niſi indiuidualiter. ¶ Dices ꝙ hoc eſt pro tanto
quia habet potentiam non organicam. Contra ſil̄r for/
ma elementi habet potentiam non organicam: ⁊ ſic reci
piet non indiuidualiter. Si. n. haberet potentiam orga/
nicam eſt cauſa proprie receptionis īdiuidualis. ergo nō
hr̃e potentiam organicam dʒ eſſe cā non receptionis in
diuidualis. diceret itaq; Cōmē. Auerois ꝙ homo ē cō/
poſitus ex natura indiuiduata ⁊ natura non indiuidua/
ta indiuiduatione materie corporalis. ⁊ ꝙ hic neceſſario
accidit in homine propter ordinem vniuerſi qui requi
rit ꝙ in aliquo materialia ⁊ immaterialia vniantur. ſ. in
homine propter quod oʒ ꝙ principium formale in ho/
mine qđ eſt de numero īmaterialium retineat conditio/

nem ĩmaterialium ⁊ incorruptibilium q̄ eſt non numerari in eadē ſpē. principium autē materiale numeratū ē. ¶ Ad rōnē ſequentem dn̄t aliqui ꝙ cū duo aut pl'es homines intelligunt ſil' vnum intelligibile hoc non ē per diuerſas intellectiones nūero diſtinctas. ſed eſt ĩtellectō vna numero. pōt tn̄ cōtingere ꝙ vnus deſinat ĩtelligere alio adhuc intelligente. qꝛ p̄t eſſe ꝙ vnus deſinat cogitare vl' phantaſiare. ⁊ ſic intellectio nō copulat' cū eo neqꝫ intelligat. alius autem continuat cogitationē ⁊ intelligat. Sed hoc eſt mihi dubium ⁊ inquiret' poſt an ſit veruꝫ. Et ad pn̄s poteſt aliter euadi ratio. ⁊ dico ꝙ vnam virtutem impoſſibilem ē habere diuerſos actus reſpectu vnius obiecti ⁊ reſpectu eiuſdeꝫ motiui propinqui. ſꝫ ſi motiua ꝑpinqua ſunt diuerſa ⁊ diſtincta nullū ē inconueniēs. Nunc aūt ſi ſor. ⁊ plato intelligant vnū intelligibile motiuum ꝑpinquū nō eſt vnū ⁊ idem ſed aliud ⁊ aliud. ſ. phantaſma ſortis ⁊ platonis. aut intentio imagiāta aut cogitatio aut qualiter volueris appellare. Tunc. dicendum eſt ad illa que aliqui obijciunt cōtra Cōmē. ipſi dicunt ꝙ hoc eſt ficticium ꝙ aliquod ſubſiſtens ⁊ ſeparatū ſit forma alicuius qđ ſit per ſe vnū. ¶ Dicendū ꝙ aliquod ſubſiſtens eſſe ſeparatum ab aliquo eſt dupl'r. Uno modo ꝙ ſit ſeparatū loco ⁊ ſubiecto vt ſor. a pla. ⁊ ſic non poteſt eē forma ⁊ ꝑfectio alicuius corporis proprie ⁊ ſimpliciter. Alio mō ꝙ ſit ſepatū ſm ſubſiſtētiā. ſ. nō inherens ꝑ ſe corpori nō tamē diſtinctū loco ⁊ ſubō. ⁊ tale ſepatū bene poteſt eſſe forma ⁊ perfectio ex qua cum corpore fiat quid vnum dūmō ſit appropriatuꝫ corpori in operando. ⁊ precipue ſi tale ſeparatuꝫ per ſui naturam hꝫ inclinationē ⁊ ordinem ad corpus ⁊ nō poſſit eē ſine corpore. i. nō exn̄te corpore ⁊ ſic ſe hꝫ aīa intellectiua humana ad corpus humanum. nō. n. eſt diſtincta ab eo loco ⁊ ſubō cū ipſa ſit incorporea ⁊ appropriat' ei ĩ operando ⁊ non pōt exiſtere niſi ſit aliquod corpus humanuꝫ. vnde licet ſor. mortuo nō ſit ꝑfectio corpis ſor. tn̄ erit ꝑfectio alterius corporis. ⁊ ſic poneret' nullum indiuiduū hominis exiſtere ſi non exiſteret aīa intellectiua humana. ⁊ hoc debetur ei per ſuam naturam. ⁊ qn̄ accipitur ꝙ principia compoſiti ſunt potentia ⁊ actus. concedo ſꝫ nō oꝫ ꝙ actus ille ſit ĩherens potentie. hoc ēt nō pn̄t dicere catholici de aīa intellectiua cuꝫ ꝑ ſe ſubſiſtere ⁊ inherere ꝑ naturaꝫ ſint oppoſita circa idē. Dicūt ergo catholici qūo ex aīa ĩtellectiua nō obſtāte ꝙ ſit ſubſiſtens ⁊ humano corpore ſit vnū. ⁊ ſil'em modū ĩmo veriorē poterit aſſignare Cōm. dico v̄iorē. qꝛ veriori mō ſit vnū ex forma q̄ nō pōt omnino eē ſine corpore ⁊ ex ipſo corpore q̄ꝫ ex forma que pōt exiſtere ſine oī corpore. Nūc aūt ſm catholicos aīa ſor. pōt eē eēntial'r ſine oī corpe. ⁊ eēntial'r exiſteret ſine corpore niſi accideret miraculum valde magnum ad hoc ꝙ vniatur. ſ. reſurrectio. Sꝫ ſm Cōm. aīa ĩtellectiua nō poſſet eē ſi nullum corpus humanū eēt qm̄ ſm eū vltimus finis intellectus humani ē cognitio ſubaꝝ ſeparataꝝ. ⁊ hanc cognitioneꝫ habere non pōt niſi cū terminata eſt ⁊ cōpleta ē generatio ĩtellectus in habitu. ꝯpleta aūt generatio intellectus in habitu non poteſt eſſe ſine phātaſmate humano. ⁊ phantaſma nō ē ſine corpore. ideo intellectus human9 nō eēt nō exn̄te corpore qꝛ nullā haberet operationē reſpectu entiū materialiū. Quāuis igit' difficile ſit intelligere quō ex mā ⁊ forma ſubſiſtente non inherente fiat vnum. tamen ml'to difficilius eſt hoc intelligere de anima intellectiua ⁊ humano corpore ſm pōnem catholicam. q̄ꝫ ſm poſitionē cōmen. ſit aūt vnū ex iſtis pro tanto quia non ſunt diſticta loco ⁊ ſubō. ⁊ cum hoc vnumiſtorum ꝑ ſe ꝑprie ⁊ ĩmediate ordinatur ad actū alterius. Cōpoſitum enim ex corpore ⁊ anima cogitatiua ꝑ ſe ⁊ ꝑprie ⁊ ĩmediate ordinatur ad actum intellūs. ĩmediate dico. i. ſine aliqua ſubſtātia media. Et cōſtat ꝙ aīa ĩtellectiua nō ē diſtincta loco ⁊ ſubiecto a p̄dicta mā. ⁊ indubitanter iſta vnitas bene ſufficit ad talem actū. ſ. intelligere ꝓducēdum a tali ꝯpoſito. Unde ſicut ĩpoſ'e eſt aliquod compoſitum mouere ſeipꝫ motu ꝑpetuo niſi eius forma q̄ mouet ſeipm eſſet ſubſiſtens ⁊ non inherēs alteri corpori. vt pꝫ ex 8°. ph'y. ita diceret ph's ꝙ impoſſibile ē aliquod compoſitū ex corpore ⁊ aīa intellectiua intelligere niſi eius aīa per quam recipit intelligere ſit ſubſiſtēs. tex. cō. 52. Et vt ſit ad vnum dicere ratio quare aliqui putant conuincere aīam intellectiuam inherere corpori humano petit contrarium. arguūt. n. ſic illō per quod homo intelligit dꝫ eē forma ei9 iherens ſuo corpori. Intellectus ē huiuſmodi. ergo ⁊c. Et dico ꝙ maior huius rōnis ē tota falſa. ſm ariſto. nā ſi illud in quo recipitur intelligere eēt forma inherēs corpori neceſſario ipm intelligere recipetur in corpore. q̄l'r enim poteſt intelligi ꝙ ſuperficies inheret parieti ⁊ aliqd recipitur in ſuperficie quod non recipitur in pariete? Ex hoc ergo ipſo ꝙ homo intelligit per intellectum tanq̄ꝫ ꝑ illud in quo recipitur intelligere concluderet ph's ꝙ ĩtellectus non inheret corpori. ¶ Sꝫ dices ꝙ intelligere nō recipitur in corpore niſi per accidens. Et ego dico ꝙ ſimiliter ſentire non recipitur in corpore niſi per accidens. Nam ita bene recipitur intelligere in corpore ꝑ accidēs ſicut ſentire. quod eſt ridiculum. ¶ Sed dices ꝙ differunt ſentire ⁊ intelligere. qꝛ ſentire recipitur in organo determinato. intelligere autem in toto corpore cui inheret. hoc autem eſt deriſorium. qꝛ omnis receptio in corpore ſiue in toto ſiue in organo eſt receptio indiuidualis. ⁊ ſic intellectus reciperet indiuidual'r. Nec refert ad indiuidualitatem receptionis vtrum forma recipiens ⁊ inherens inhereat per ſe aut per accidens. q̄l'rcūqꝫ autē aliquid recipiatur in forma inherente corpori neċe eſt illō recipi in corpore. ⁊ illaꝫ eē receptionem indiuidualeꝫ. ſ. in loco determinato ⁊ tempore determinato ⁊ in corpore determinato que oīa repugnant receptioni intellcūali. ¶ Ad aliud quod dicitur contra cōm. ꝙ fictitiū eſt vnaꝫ numero ſubſtātiā copulari tot corporibus diceret auer. ꝙ hoc multo rationabilius eſt ⁊ conuenientius q̄ꝫ ſit modus quem ponunt alij. Nam ordo ⁊ connexio partium vniuerſi hoc exigit cum entia ſuperiora ſint ĩmaterialia eterna ⁊ non multiplicabilia in eadeꝫ ſpecie. ⁊ inferiora ſunt materialia ⁊ corruptibilia ⁊ plura in eadem ſpecie. Rationabile ergo eſt ꝙ ſit aliqua ſpecies vniuerſi compoſita comprehendens in ſe intrinſece vtranqꝫ naturam in qua coniungantur ſuperiora inferioribus. ſicut etiam medium conſtituitur ex extremis. ⁊ illa ſpecies media eſt numerabilis ſm differentias corporales. innumerabilis autem ſm formam ĩmaterialem. De hoc autē quod addit' ꝙ vnitur diſtantibus ⁊ diſtinctis loco ⁊ ſubiecto diceret ꝙ hoc non eſt inconueniens. naꝫ ex quo eius vnitas eſt vnitas ſpecifica ⁊ nō indiuidualis prout ĩdiuiduū aliquam intentionem addit ſupra ſpeciem nullum eſt inconueniens ipſum vniri diuerſis ⁊ multum loco ⁊ ſubiecto diſtinctis que tamen ſunt eius perfectibilia ſecundario ⁊ ex conſequenti. imo eſt multum rationabile. Et diceret cōmen. hoc ratiōabilius eē q̄ꝫ vnam formam totā ⁊ totaliter perficere diuerſas partes eiuſdem indiuidui quoniam ſi tota anima intellectiua perficit ſimul manum ⁊ caput cōtingit idem ſimul moueri ⁊ quieſcere ſaltem per accidens. Nam mota manu neceſſe eſt moueri aīaꝫ que perficit eam. ⁊ quieſcente capite neceſſe eſt quieſcere aīam que ipſum perficit. ⁊ ſic vnum ⁊ idem ſm ideꝫ ſui. ſcilicet anima ĩtellectiua ſimul mouebitur ⁊ quieſcit ſaltem per accidens qđ eſt ſatis mirabile. Expoſitione vero Cōmen. non ſequitur. qꝛ nō ponit aīam ĩtellectiuā ĩherere corpori ſicut nec motorē celi ipſi celo. Preterea expoſitione catholica cōcedit' ꝙ deus ĩmediate agit ĩ corpus humanum de nouo ⁊ creat animam ĩtellectiuam de nihilo. ⁊ ꝙ eoipſo ꝙ aliquod agens particulare aliquaꝫ diſpoſitionē ĩducit in materia ꝑ actū deformē ⁊ nō placētem deo creat de nouo animam infundendo eam corpi ⁊ omnia iſta dicit Cōmen. ficta qꝛ nō ſunt ꝑ ſe nota nec poſſunt ſufficienter demonſtrari. ⁊ ideo ſine dubio pax poſſunt gloriari deducendo Cōment. ad inconuenientia contra ph'iam. qꝛ ad ml'to plura ⁊ maiora deducerēt q̄ in philoſophia incōuenientia reputantur ⁊ que ſoluꝫ tā/ cōm

q̃ mirabilia recipiuntur vt vera. ¶ Ad aliam cum q̃rit͛ .ſ. de cauſa illius copulationis. diceret. Cōm. ꝙ cauſa finalis ē cōiunctio debita partiū vniuerſi que exigit vt ſit aliquod medium inter corporalia ⁊ incorporalia mō ſupradicto. Sed de cā effectiua huius cōiunctionis credo ꝙ non eſt aliqua cā actiua niſi per accidens. Sicut enim ignis quantum eſt ex parte ſua ſemper arderet. ꝙ autē non ardet mō hoc combuſtibile ⁊ poſtea ardeat hu9 nō eſt cauſa effectiua niſi per accidens. .ſ. reſpectu huius qui combuſtibile apponit igni. ſed ſic eſt hic. naturaliter enī intellectus perficit corpus humanū ſuo modo ita ꝙ ex ꝑte ſua nihil deficit quin ſemꝑ qñcūq; corpus humanū perficeret. q2 tamen nō pōt corpus perficere niſi exiſtat in actu. ideo generans corpus ſor. ⁊ cauſa per accidens iſtius copulationis ⁊ non eſt huius querenda alia cauſa agens. ſicut appropinquans combuſtibile igni eſt cauſa combuſtionis ſuo modo. Qualiter autē diuerſimode copuletur nobis intellectus agens ⁊ poſſibilis videbit͛ i ſequētibus. Sic reſponderet cōmen. rōibus ꝯ ſuā poſitionē. ¶ Et ad rōnē in ꝑnº. qōis poſitā cū dr̃. illa ſunt vnū numero quorū mā ē vna pōt dici ꝙ hec regula tenet in rebus māilibus ſed i rebus imaterialibus nō oportet ꝙ vnitas numeralis ſit a materia ſ; ſepiſa res imālis ē ens ⁊ vnū ens. ⁊ non eſt ibi realis diuerſitas inter indiuiduū ⁊ quiditatem. quare ⁊c̃. Et poteſt dici ꝙ illa ſunt vnum numero quoꝝ materia eſt vna. verū eſt de vno quod ē principiū numeri accidētalis de genere q̃titatis. ſed ſi eſt principiū numeri eēntialr̃ nō oportet. ſic diceret Cōm. de queſtiōe iſta. Sed q̃uis hec opinio ſit cōmen. ⁊ ari. ⁊ q̃uis etiam hec opinio nō poſſit remoueri rationibus demonſtratiuis. tū ego dico aliter ⁊ dico ꝙ itellectus nō eſt vnus numero in omnibus hominibus imo ipſe ē numeratus in diuerſis ſm numerationem corpoꝝ humanorum ⁊ perfectio dans eē ſimpliciter. hoc autem non ꝓbo aliqua ratione demonſtratiua. q2 hoc nō ſcio eē poſſibile ⁊ ſiq̃s hoc ſciat gaudeat. Iſtam aūt concluſionem aſſero ſimpliciter eē veram ⁊ idubitāter teneo ſola fide. Et ad rationes contra iſtam opinionem reſponderem breuiter concedendo tāq̃ poſſibilia apud deum oīa illa ad que ille rationes deducūt tanq̃ ad ipoſſibilia. Quod enim aliqua forma dans eē materie precipue ſine quacūq; alia forma ſubſtantiali non ſit extenſa ſecundum extēſionē; corporis hoc non video niſi ex ſolo miraculo diuino cōtingere poſſe. ⁊ ꝙ aliqua forma indiuiduata indiuiduatione materie corporalis recipiat comprenſionem vniuerſalem diuerſam a comprehenſione ſenſitiua. hoc nō video poſſibile niſi ſolū ꝑ diuinū miraculū. ⁊ huiuſmodi ſilia. Unde ſm eandem radicem qua teneo cōcluſionem. teneo omnia illa que ad illam concluſionē neceſſario conſequuntur ⁊ non aliter. imo ſi ex illa poſitione virtute argumentationis neceſſario aliquis contradictoria concluderet adhuc magis vellē; ea concedere q̃ iſtā poſitionem negare. Et puto ꝙ qui per alium modū nititur ſoluere rationes quaſdam contra iſtam poſitionem ipſe ex inſufficientia ſolutionis magis redderet hanc paſſionem improbabilem q̃ ſuſtineat eandem. ⁊ ideo non plus de iſto ad preſens. quare ⁊c̃.

¶ Tex. cōm. vi.

¶ Unde neq; miſceri eſt rationabile ipſi corpori. qualis enim aliquis vtriq; ſiet.

¶ Queſtio. viii.

Ueritur hic. Utrū potentia intellectiua ſit potētia organica. Et arguitur primo ꝙ ſic. quia virtus cogitatiua eſt organica vt concedit hic Cōmen. ⁊ organum eius eſt medius ventriculus cerebri. ſed virtus cogitatiua ē potentia intellectiua probatio. quia virtus intellectiua ē propria homini. vt manifeſtum eſt omnibus. ⁊ virtus cogitatiua eſt propria homini. quare videtur ꝙ potentia cogitatiua eſt intellectiua. Et confirmatur. quia omnis ratio eſt intellectus. hec videtur manifeſta. ſed cogitatiua eſt aliqua ratio. ſm cōmen. in iſto 3º. cōmen. 19º. qr̃ ⁊c̃.

cōmen. 6.

¶ Item omnis virtus anime que eſt actus corporis organici debet eſſe organica. hec videtur manifeſta. quia virtus non dꝫ eſſe abſtracta q̃ ſubſtantia quam conſequitur. Unde ſi aliqua anima eſt actus corporis organici videtur ꝙ eius potentia debet eē actus corporis organici. ⁊ per conſequens organica. ſed potentia intellectiua eſt potentia anime que eſt actus corporis organici. vt patet ex 2º. huius. quare ⁊c̃. ¶ Item omnis potentia cuius actus impeditur ex impedimento organi ⁊ deſtruitur ad deſtructionem organi. videtur eſſe organica. non enim videtur eſſe aliqua alia cauſa quare actus alicuius potentie impediatur aut deficiat ex impedimento aut defectu organi niſi quia illa eſt potentia organica. ſed actus intellectus impeditur ex impedimento ⁊ indiſpoſitione organi corporalis. vt manifeſtum eſt per experientiam in egrotantibus ⁊ ebrijs. ⁊ corrumpitur ad corruptionem huius organi. vnde ⁊ Ariſto. dicit in 1º. huius tex. cō. 66.
ꝙ intelligere corrumpitur quodam interius corrupto. quare ⁊c̃. ¶ Oppoſitum arguitur auctoritate Ariſto. in tex. cō. 6.
littera. ⁊ per cōmen. ⁊ omnes alios. omnes enim cōcedunt potentiam intellectiuam non eſſe actum alicuius organi corporalis. ¶ Ad hoc dicendum breuiter ꝙ potentia intellectiua qua intelligimus vniuerſaliter non eſt potentia organica. ⁊ hoc probatur. primo ſic. Si potentia intellectiua eſſet organica non reciperet niſi indiuidualiter. qđ eſt abſurdum. quia ſic non fieret itelligere quod requirit receptionem vniuerſalem ⁊ abſtractam. conſequentia eſt manifeſta. virtus enim inherens corpori nō recipit niſi indiuidualiter ⁊ ſitualiter ſcilicet hic ita ꝙ non alibi vt manifeſtum eſt cuilibet intelligenti. Et per eandē viam conuincitur ſm Ariſto. ⁊ cōmen. ꝙ ſubſtantia anime intellectiue non eſt indiuiduata indiuiduatione corporis. quia ſic reciperet indiuidualiter. principalius enī recipit ſubſtantia anime q̃ eius potentia ſuppoſito ꝙ potentia ſit actus eius. Sed aliqui reſpondent hic. ꝙ licet eſſet anima intellectiua ſic indiuiduata. tamen habet potentiam abſtractam. ¶ Sed hoc eſt mirabile. quia potentia anime vel eſt idem cum ſua ſubſtantia vel fundatur in ea. ⁊ ſiue ſic ſiue non ſic ſi anima eſt indiuiduata ſequitur ꝙ ſua potentia eſt indiuiduata. ¶ Ad hoc dicunt aliqui ꝙ anima intellectiua poteſt conſiderari dupliciter. Uno modo vt actus corporis. Alio modo vt ſupergreditur materiam. Primo modo recipit materialiter ⁊ ſic in ipſa non fundatur potentia intellectiua alio modo non indiuiduatur. ⁊ ſic fundatur in ea potentia intellectiua. Sed hoc ē friuolū ⁊ fictitium. Si enim potentia q̄ homo immediate intelligit non fundatur in anima hominis vt eſt eius actus ⁊ perfectio. ſed ſecundum ꝙ anima ſupergreditur ſequitur ꝙ nullus intelligit inquantū homo. quia homo conſtituitur per animam intellectiuā non inquantum ſupergreditur corpus humanum ſed inquantum ex his ſit vnum ſicut ex actu ⁊ potentia. ꝑ. q̃rat̃ ab iſtis qđ itelligūt ꝑ iſtā ſupgreᵉᵐ. aut. n. itelligūt aliquē exceſſū ꝑfectōis rōne cuius nō ē ꝓportio inter ipſam ⁊ materiam. vel quia non habet conditiones corporis quas habent alie forme. .ſ. corruptibilitatem ⁊ extenſionem vel quia ipſa eſt per ſe ſubſiſtens non cōiuncta corpori ſecundum ſubſiſtentiam. Non eſt dicendum primum quia ex ipſa ⁊ corpore ſit vnum vt aſſerunt iſti ⁊ ſic eſt ei proporionata. nec poteſt dici ꝙ ſecūdum partem eſt actus. ⁊ ſecundum partem non cum ſit indiuiſibilis. ⁊ ſic tota proportionatur materie vt ſit eius perfectio. Si vero intelligant. 2º. modo ex hoc nō habetur ꝙ non ſit indiuiduata. Quamuis enim prima materia ſit incorruptibilis tamen eſt idiuiduata. vnde ex hoc ꝙ anima intellectiua ſecundum ſe eſt corruptibilis non habebitur equidem ꝙ non ſit indiuiduata. Item punctus ⁊ vnitas numeralis nō eſt aliquid extēſibile nec per ſe nec per accñs ⁊ tamē hec ſunt indiuiduata. vt manifeſtum eſt cuilibet ſani capitis. Si igitur iſta ſupgreſſio

qd̄ natum eſt ſemꝑ intelligere ⁊ in p̄terito ⁊ in futuro. Iſta ſunt dicta cōmen. ꝯ illam ſecūdā rōnem auēpace. Sed ꝯtra primā nō multum exp̄ſſe loqtur niſi ꝙ ip̄e dicit ꝙ ille due vie ſunt q̄ſi cōuicināteſ ſe. Et poſſum⁹ rñdere ad illam rōem interimēdo minorē ꝓpoſitionē. nunq̄ꝫ .n. intellectus intelligit aliqd̄ intelligibile cuius intellectum ſit idem apd̄ diuerſos accipiendo intellcm̄ ꝓ ſpē intelligibili vel ꝓ ip̄o actu intelligendi. ¶ Et ad ꝓbatōez cū dr̄. ꝙ intelligere nō multiplicatur niſi per multiplicationem phantaſmatū. dicendū ꝙ verū eſt. ſed aliquādo multiplicatur per multiplicatōem phantaſmatū q̄ ſunt ipſaꝝ rerū que intelligunť ſicut intelligere albedinē ⁊ intelligere nigredinē ⁊ hmōi. Et aliqñ diuerſificatur itelligere per diuerſitatē phantaſmatū q̄ non ſunt phātaſmata eoꝝ que intelligunť ꝓprie ſꝫ ſunt phātaſmata aliquorum alioꝝ a quibus dependēt illa que intelliguntur. ſicut intelligere quo ego intelligo ſpeciem intelligibilē lapidis ⁊ illud quo tu intelligis ipſam ſpēm lapidis diuerſificatur ſm diuerſitatē phantaſmatum a qbus depēdet ſpēs lapidis. Nā intelligere ſpēm lapidis aut ē idē realr̄ qd̄ intelligere lapidē. ita ꝙ lapis ⁊ eius ſpēs intelligunť eodem actu ⁊ qd̄ diuerſificat vnū eoꝝ ⁊ reliquum. aut ſaltē intelligere ſpēm lapidis nō fit niſi precedente intellectione ipſius lapidis. ⁊ ſic idem qd̄ prius. ¶ Alr̄ pōt rñderi ad illā rōnem negando maiorē. q꞉ q̄ꝫuis intellcūſ poſſit intelligere aliqd̄ intelligibile cuius intellcm̄ ē vnū nūero apud me ⁊ apud te. tñ nō ſeqtur ex hoc ꝙ poſſit intelligere ſubam ſeparatā q꞉ intelligibile cuius intellcm̄ eſt vnū nūero apud diuerſos nō dr̄ vniuoce de ſuba abſtracta ⁊ de reliqs. ⁊ iō non vꝫ illa rō. Hec ſunt q̄ p̄nt ſufficere de illis opionibus quas recitat Com. ¶ Opio vero quoꝝūdā expoſitoꝝ latinoꝝ ⁊ p̄cipue fratris Thome ⁊ ſuoꝝ ſequaciū fuit ꝙ intellectus noſter vnitus corpori nō pōt intelligere ſubas ſeparatas q̄ꝫtū ad earū quiditates qd̄ ꝓbare nitiť ſpālr̄ ex vno. dicunt .n. ꝙ intellcs noſter eſt forma corporis nr̄i dans ei eē ſimplr̄. ⁊ dicūt ꝙ ip̄e intellectus nr̄ eſt infimus in gñe intellectual' nature minimꝫ participās de virtute intellectiua intm̄ ꝙ ip̄e natus ē moueri ad intelligendū a phantaſmatibus rerū exñtibus in nobis. ⁊ q꞉ illa q̄ ſunt naturalia ſꝑ manent iō intellectus nr̄ q̄ꝫdiu ē vnitus corpi nō intelligit aliqd niſi ad eius intellectionē poſſet moueri ab aliquo phātaſmate. Mō ad intelligere qditatē ſube ſeꝑate nō pōt moueri a phantaſmate vt ſupponunt. Addunt tñ iſti ꝙ itellcs noſter ꝯiunctus corpi bene pōt intelligere ſubas ſeparatas q̄ꝫtū ad eē. Vñ ariſto. demrāuit eas eē per motum ꝑpetuū vt pꝫ .8°. phyſcoꝝ. ¶ Et addunt ꝙ poſt ſeparationem intellcūs a corꝑe ipſe pōt intelligere quiditates ſeparatas nō per imutationē a phātaſmatibus. ſed ꝑ aliū modū. ſ. per influentiā ab intelligentia ſuꝑiori. Sꝫ ſine dubio iſta poſitio vr̄ valde irrōnabilis ⁊ contraria ph̄ie primo q꞉ dicit ꝙ intellectus nr̄ cōiunctus corꝑi nō pōt intelligere ſubas ſeꝑatas q̄ꝫtum ad eaꝝ qditates. Contra. nulla forma ip̄editur a ſua opatione nobiliſſima ꝑ vnionem eius ad ſuā ꝓpriā mām. q꞉ tunc illa vnio nō eēt ipius forme ſm eius nām. nec per ꝯñs poſſet fieri ens nāle ſimplr̄ vnū ⁊ per ſe ⁊ nālr̄ ex illa forma cū ſua ꝓpria mā. qd̄ eſt abſurdū. ſed intelligere qditatē ſube ſeꝑate ē nobiliſſima oꝑatio aīe humane. ſ. intelligere qditatē dei ſupremi vt pꝫ ſatis p̄io ethicoꝝ ⁊ .io. corpus aūt hūanū eſt materia ꝓpria aīe hūane. vt oēs cōcedunt. ergo ⁊c. ¶ Sed diceres ꝙ nulla forā ip̄editur ꝑpetuo a ſua nobiliſſima operatōe per ſui vnionē ad mām ſed ꝑ aliquod tp̄s pōt ip̄ediri. ⁊ ſic diceretť in ꝓpoſito. nam aīa humana ꝓ tꝑe ꝓ quo vniť corꝑi ip̄editur ab intellcōe quiditatis ſube materiaľ. ſed nō ip̄editur ꝑpetuo q꞉ qñ erit ſeꝑata poterit itellr̄e. ¶ Contra. aīa humana aut eſt nata intelligere ſubam ſeꝑatā per ſuam ſubſtantiam. aut ꝑ eius ſpeciem formatam ab ea. aut per aliquam ſpeciem cauſatam a phantaſmate nō videtur alius modus rōnabilis etiam ſi fingere liceat. Si per ſuam ſubam. tunc cū vnio eius ad corpus nō moueat eius ſubam ſeqtur ꝙ vnio eius ad corpus nō impedit ipſam a tali intellcōe. ⁊ ſilr̄ ſi ipſa eſt nata intelligere per aliquam ſpēm receptā a phantaſmate ſeqtur ꝙ eius vnio ad corpus nō ip̄edit ipſam imutari a phantaſmate. imo magis iuuat ad hoc Si vero dr̄ ꝙ ipſa aīa humana eſt nata itelligere hmōi ſubam ſeparatam per eius ſpēm receptam. q̄retur quō vnio aīe ad corpus ip̄edit aut ꝓhibet aut non permittit receptionē huius ſpēi hoc nō videtur aliquo mō eē rōnabile. q꞉ gñatio alicuius ſpēi nō ip̄ediť a corꝑe aliquo niſi illud corpus hēat diſpōnē ꝯriam illi diſpōni quā reqrit illa ſpēs. verbi gratia. ſpēs coloris reqrit in medio diaphaneitatē in quo dꝫ gñari ⁊ nunq̄ꝫ aliquod corpus ip̄ediret gñationem ſpēi coloris niſi hr̄et opacitatē que eſt ꝯria diaphaneitati. ⁊ ſic in alijs mō corpus hūanū nullaꝫ hꝫ diſpōnē ꝯtrariā diſpōni quā reqrit receptio ſpēi ſube ſeparate niſi qs vt defendat poſitionē fingeret aliq̄ꝫ talem diſpōnē. q꞉ ſube imateriales ⁊ earū ſpēs nullū hn̄t ꝯriū nec per ſe nec ſm ſuas diſpōes proprias. ergo ⁊c. Illa ratio confirmatur. q꞉ bonum ſimplr̄ alicuius nature nunq̄ꝫ ip̄editur per aliquod bonū ſimplr̄ eiuſdeꝫ nature. qd̄ .n. ip̄edit bonum ſimplr̄ alicuius eſt ei ſimpliciter malū vt pꝫ cuilibet non deprauato. ſed intelligere quiditatem ſube ſeparate ē bonum ſimplr̄ intellectui hūano. ⁊ vnio eius ad corpus humanum eſt bonū ſimplr̄ ipſi intellectui. ¶ Itē q̄ratur ab iſtis vtrū quiditas ſube ſeparate ſit idem realiter cum eius eſſe aut nō. Si dicatur ꝙ ſit omnino idem realiter mirum eſt ꝙ intellectus vnitus corpori intelligat eſſe talis ſube ⁊ non intelligat eius quiditatem. Si vero dicas ꝙ quiditas ſube ſeparate ſit aliud realr̄ ab eius eſſe ⁊ econuerſo. q̄riť vtrum tu cognoſcas iſtam alietatem vel non ſi non. ergo tu loqueris de eo qd̄ tu non cognoſcis. ⁊ ſic fatue. vel ſolum phantaſtice tu loqueris ⁊ non eſt tecuꝫ diſputandū. Si vero tu cognoſcis illam diuerſitatem ⁊ non per ſenſum ergo per intellcm̄. Sed intellectus non poteſt intelligere diuerſitatem inter aliqua duo niſi intelligat vtrunq̄ꝫ illorum vt pꝫ ſcd̄o huius. ⁊ tertio. ergo intellectus intelligit quiditatem ſube ſeparate. Sed dices ꝙ verum eſt imperfecte ſed non perfecte. hoc non ſufficit q꞉ hoc nō eſt tenere poſitionem illorum. Dicunt .n. ꝙ intellectus noſter vnitus corpori non intelligit ſubſtantias ſeparatas. ex quo arguitur. quod non intelligit ſubas ſeparatas non intelligit eas aliquo modo per locum a toto in modo ad ſuam partem negatiue. ⁊ cum non intelligat eas aliquo modo non intelligit eas imperfecte per eundem locum. ergo a primo ad vltimum poſſet dici ꝙ intellectus noſter non intelligit ſubſtantias ſeparatas q̄ꝫtū ad eē. q꞉ non intelligit eſſe earum perfecte. vnde ñ erat magis negandum eas intelligi q̄ꝫtum ad quiditatem q̄ꝫ q̄ꝫtum ad eſſe. ¶ Preterea ſi non intelliguntur perfecta a nobis aut igitur hoc eſt verum proſtanto quia non intelligimus eas ita perfecte ſicut ip̄e intelligunt ſeip̄as. aut ꝙ non intelligimus eas perfectione debita nobis ſꝫ noſtram naturam. Si primomō. hoc eſt ridiculum. qa ſilr̄ deberet dici ꝙ intelligentia inferior non intelligeret ſuperiorem eo ꝙ non intelligit eam ita perfecte ſicut illa intelligit ſepiſam. Et adhuc eadeꝫ ratione deberet dici ꝙ nunq̄ꝫ intellectus noſter intelligit huiuſmodi ſubſtātias perfecte eo ꝙ nunq̄ꝫ intelligit eas ita perfecte ſicut ipſe ſeipſas intelligunt niſi diceretur ꝙ ipſe eſt aliquando ita perfecte nature ſicut alie intelligentie ſeparate qd̄ videtur abſurdum Si vero intelligas ꝙ intellectus noſter non intelligit illas ſubſtantias ſeparatas ea perfcōe que ei debetur ſm ſui gradum hoc eſt ficticium. q꞉ nō eſt manifeſtum per ſe nec poteſt ratione conuinci ſm ph̄iam preſertim quia ſicut dicebatur vnio anime ad corpus humanum non poteſt impedire hmōi perfectionem. ratio autem q̄ mouet iſtos ſoluetur inferius in ꝯñtibus. ¶ Nunc tp̄s eſt dicere ſniam commē. de iſto q̄ſito. qm̄ ſniam ari. exp̄ſſam non multum habemus in aliquo libroꝝ q ad nos ꝑuenerit. ſed in iſto .3°. ꝓmittit de hoc alibi ꝯſiderare. tñ qd circa hoc videť intellexiſſe

adiungam in ꝯñtibus vt potero. Snia cõmen. qui inter
omnes pħos poſt ariſto. perfectioꝛ fuit ⁊ ſubtilioꝛ ẽ ꝙ
intellectus noſter nõ põt intelligere ſubas ſeparatas ſʒ
ꝙ nobis vnitur. i. intellectõe q̃ nobis attribuit᷑. ⁊ ꝓbat
hoc. 2. metaph. cõmento. pͥo per rõnem breuẽ. qꝛ alr̃
nã feciſſet aliqd ocioſe. qđ declarat. qꝛ feciſſet aliqd nalr̃
intellcm̃ alij nõ intellcm̃ ab aliquo ſicut ſi feciſſet ſolẽ nõ
cõpꝛehenſum ab aliquo viſu quod eſt ꝯ dignitatẽ in nã.
⁊ hec rõ inferius declarabit᷑ ⁊ defendet᷑. Et ad viden-
dum modũ ſm quem ꝯtingit nobis iſta intellectio pꝛe-
mittit cõmen. q̃dã fundamẽta quaſi pꝛincipia per ſe no
ta in iſta ſcia. ¶ Pꝛimũ fundamentũ eſt ꝙ intellectus
nr̃ hʒ duas actiones. i. duas opatões que attribuunt᷑ no
bis. ita. ſ. ꝙ denoiant nos hoies. quarũ vna eſt de gñe
paſſionis ⁊ eſt intelligere. ⁊ alia eſt de gñe actionis. ⁊ ẽ
abſtrahere foꝛmas ⁊ eas denudare a materijs. qđ ni-
hil aliud eſt niſi facere eas intellectas in actu poſtq̃ꝫ erãt
intellecte in potentia. ⁊ dico ꝙ iſte due operationes no-
bis attribuuntur. ⁊ denominãt nos homines. dicimur.
n. intelligentes ⁊ abſtrahentes. Et poſt illud fundamẽ-
tum adiungit Commẽ. quedã de comparatione iſtarũ
operationum ⁊ de opinione Alexã. ſed illa ſunt quaſi in
cidentia ⁊ ſunt ſatis manifeſta ideo ꝑtranſeo. ¶ Ulteri
us accipit Commen. ꝙ intellectus in nobis duplr̃ ſumi-
tur. aut naturalr̃. aut voluntarie. naturalr̃ qdẽ dicuntur
illa fieri que fiunt ſine ratiocinatione pꝛecedente in qbuſ
intellectus non põt diſſentire cognitis terminis nec vo-
luntas põt nõ velle credere eſſe vera. ⁊ ſunt pꝛime pꝛo
poſitiones de qbus neſcimus qñ extiterunt. i. qñ pꝛimo
accepimus cognitões earũ ⁊ vnde ⁊ quõ. intellecta aũt
voluntarie. i. per rõcinationẽ p̃cedentẽ ex pꝛimis ꝓpoi
bus conſtitutã. ⁊ ſunt cõclões que demrãt᷑ in ſciẽtijs
verbi grã. de pꝛimis. oẽ totũ eſt maius ſua ꝑte. ⁊ ſi ab
equalibus equalia demas que remanent ſunt equalia ⁊
alia hmõi pꝛincipia ꝑ ſe nota q̃ ẽt vocantur dignitates in
ter quas eſt vna pꝛima. ſ. nõ cõtingit idem ſil̃ eẽ ⁊ non
eẽ vt pʒ 4°. meta. Iſte. n. ꝓpões dicunt᷑ nalr̃ intellecte
qꝛ intellectus per ſuã nãm eſt natus recipe cognitioneʒ
earũ nõ pꝛecedente alia rõcinatiõe ſʒ ſolũ p̃cedente co-
gnitõe terminoꝛũ vt ẽt pʒ pꝛimo poſterioꝛũ. Intellecta
ãt voluntarie ſunt illa q̃ nõ ſtatim ſunt manifeſta ĩtelle-
ctui eẽ vera ſʒ oʒ p̃cedere aliquã rõcinationẽ ad creden
dum ea eẽ vera ita ꝙ intellcũs nõ cõcedit ea niſi velit ⁊
niſi per voluntatẽ ⁊ ex ꝓpoſito rõcinatuſ fuerit ad ea ſuf
ficienter. ⁊ hmõi ſunt oẽs ꝯclões q̃ demonſtrantur in
pħia q̃ꝫuis q̃daʒ earũ ſint ꝓpinquioꝛes pꝛincipijs per ſe
notis q̃ꝫ alie vt ſciunt expti. ¶ Ulterius accipit Cõmẽ.
ꝙ cognitiones pꝛimarũ ꝓpõnum dependent ab intelle
ctu agente qđ faciliter pʒ exercitato in iſta ſcia. nã ipe in
tellectus agens eſt ille q facit ex potentia intellectis actu
ĩtellcã vt pꝛius apparuit. res ãt ĩpoꝛtate per termios ex
quibus hmõi ꝓpões conſtituuntur ſunt intellecte ĩ po
tentia vt totũ ⁊ pars ⁊ alia hmõi. ⁊ iſtarũ rerũ ſignifica
ta regruntur ad intelligendũ pꝛimas ꝓpões. ¶ Ulte-
rius accipit Cõmẽ. ⁊ concludit ꝙ intellcã voluntarie de
pendent ab ipo intellectu agente ⁊ a pꝛimis ꝓpoibus.
q̃ſi velit dicere ꝙ ĩtellectiones ꝯclonũ q̃ acquirunt᷑ per
rõcinationes cãnt᷑ ab intellectu agente ⁊ a cognitiõe vel
hitu pꝛimarũ ꝓpoſitionũ. Nõ. n. poſſumus rõabilr̃ di
cere ꝙ ipe ꝓpões nõ hẽant introitũ in eſſe intellectoꝛũ
acqſitoꝛum. i. nõ hẽant aliqualiter cãlitatẽ ſuper ipſa ĩtel
lecta voluntarie qa manifeſtũ eſt vnicuiqꝫ per expientiã
ꝙ ipſe non credit firmiter hmõi ꝓpoſitiones eẽ veras
niſi reducant᷑ ad aliquas ꝓpões manifeſtas ⁊ ꝯceſſas.
⁊ ꝑꝑ hoc dcm̃ eſt in pͥo poſterioꝛũ. ꝙ ois doctrina ⁊
ois diſciplina intellectiua fit ex p̃exñti cognitione. ſ. pꝛin-
cipioꝛũ. Nec ẽt poſſumus vere dicere ꝙ ſole ꝓpões
vere note ſufficiant ad cognitões ipſarũ cõclonum. iam
n. declaratũ eſt agens eẽ vnũ ⁊ eternũ ſupple qđ facit đ
eſſe in potentia intellcõ actu intellcm̃. ¶ Preterea co-
gnitiones pꝛimarũ ꝓpoſitionũ dependent ex intellectu
agente. ergo ẽt cognitiones voluntarie que dependẽt ex
pꝛimis ꝓpõnibus cãntur ab intellectu agente aliquo mõ
qꝛ qđ eſt cã cãe eſt cã cãti. Deinde accipit Com. ꝙ cum
aliqua actio dependet a duobus agentibus congregatis
neceſſe eſt vt vnum illoꝛum ſit quaſi mã vel inſtrm̃ ad
alterũ. ⁊ aliud ſit quaſi forma. aut q̃ſi agens principale.
⁊ ex hoc concludit ꝙ intellcũs in habitu q eſt ẽ in nobis
i. habitus ⁊ cognitio ꝯclonis dependet ab intellectu agẽ
te ⁊ a pꝛimis ꝓpõnibus aut ita ꝙ ꝓpões ſunt q̃ſi mã.
i. ad modũ mãe ⁊ intellectus agens ad modum foꝛme
aut ita ꝙ ꝓpões ſint quaſi inſtrm̃. intellectus agens ſit
quaſi efficiens pꝛincipale. diſpõ. n. in hoc eſt quaſi conſi-
milis i. quaſi redit in idem ſiue intellectus agens ſe hẽat
ad modum foꝛme ſiue ad modum agentis pꝛincipalis.
Et ſilr̃ non multum differt ſiue pꝛopoſitiões ſint ad mo
dum materie ſiue ad modũ inſtri. Qđ aũt in iſta actiõe.
ſ. in pꝛoductione intellcũs voluntarij intellectus agens
habeat ſe ad modum foꝛme ⁊ pꝛime pꝛopoſitiones ad
modũ materie declarat commẽ. valde ſubtiliter. qꝛ oĩa
duo que ſunt in eodem ſubo. ⁊ alterum eſt perfectius.
altero neceſſe eſt vt reſpectus perfectioꝛis ad minus ꝑ
fectum ſic ſicut reſpectus foꝛme ad mãm. vnde dicimꝰ
ꝙ virtus imaginatiua ſe hʒ ad ſenſum cõem ſicut foꝛ-
ma ad materiam. Nunc ãt vnum ⁊ idem eſt ſubm̃ pri-
marum ꝓpoſitionũ ⁊ intellectus agẽtis. ſ. intellcũs poſſ
qui compꝛehendit hec ambo. ſicut diaphanũ vnum ⁊
idem eſt ſubm̃ luis ⁊ coloꝛis. ⁊ lux eſt efficiens coloꝛes.
i. intentiones coloꝛũ ſm opi. quoꝛundam. ⁊ ſilr̃ intelle-
ctus agens eſt efficiens cognitiões pꝛimarũ ꝓpoſitionũ
vt dictum eſt pꝛius. Sic igitur manifeſtum eſt ꝙ intel-
lectus agens in iſta actione ſe hʒ ad modũ foꝛme aut ad
modum agentis pꝛincipalis. ꝓpões autem pꝛime ad
modum materie vel inſtri. Et notandum circa illud ꝙ
notanter dictum eſt intellectum agentem ſe hr̃e ad mo
dum foꝛme aut agentis pꝛincipalis. ⁊ ꝓpões ad modũ
materie vel ad modum inſtri. non ꝙ ſit in rei veritate ⁊
pꝛopꝛijſſime foꝛma aut agens pꝛincipale. ⁊ ꝓpoſitioneſ
ſint vere mãe aut verũ inſtrm̃ qꝛ nullum gñabile ⁊ coꝛ
ruptibile eſt pꝛopꝛie mã eterni. imõ cognitio pꝛimarum
pꝛopoſitionum eſt gñabilis ⁊ corruptibilis. ⁊ intellcũs
agens eſt eternus. vt pʒ ex dictis. Silr̃ nullũ gnãbile ⁊
corruptibile eſt inſtrm̃ imediatum agentis eterni ⁊ ĩcoꝛ
poꝛei. Celum. n. quod eſt inſtrm̃ ĩmediatum intelligen
tie eſt eternum ſm ſuam ſubam vt pʒ pꝛimo celi ⁊ mũ
di. etiam inſtrm̃ ꝓprie dictũ mouetur ab agente princi
pali. vt ſecuris a domificatoꝛe. ⁊ celum ab intelligentia.
pꝛime aũt pꝛopoſitiones aut earum habitus aut cogni-
tio non mouetur ab intellectu agente. ideo intellectꝰ agẽſ
eſt efficiens ſm cõem ⁊ famoſam acceptioneʒ agentis
ſ. per motum verum ⁊ ꝓpꝛie dictum. ¶ His igit᷑ fun-
damẽtis premiſſis dicit cõmen. inuentum fuiſſe modũ
ſm quem contingit vt intellectus agens continuetur no
bis in poſtremo. ⁊ cã quare non copulatur. i. non vnit᷑
nobis in pꝛincipio eſt iſta. qm̃ cum intellecta ſpeculatiua
copulantur nobiſcum per formas imaginabiles tũc in-
tellectus agens copulatur cum intellectis ſpeculatiuis.
Illud enim quod compꝛehendit ea eſt idem. ſ. intelle-
ctus materialis. neceſſe eſt vt intellectus agens copule-
tur nobiſcum continuatione intellectorum ſpeculatiuo
rum: ⁊ cum intellecta ſpeculatiua fuerint exiſtentia ĩ no
bis in potentia ipſe erit tunc copulatus nobiſcum in po
tentia. ⁊ cum intellecta ſpeculatiua fuerint exiſtentia in
nobis in actu ipſe erit tunc copulatus nobis in actu. ⁊ cũ
quedam fuerint in potentia ⁊ quedam in actu tunc ipẽ
erit nobis copulatus ſm partem ⁊ ſm partem non. ⁊
tunc dicimus moueri ad cognitionem. ⁊ manifeſtum ẽ
ꝙ cum iſte motus complebitur tunc ſtatim ipſe intelle
ctus copulabitur nobiſcum omnibus modis. ⁊ tunc ꝓ
poꝛtio eius ad nos in illa diſpoſitione eſt ſicut pꝛopoꝛ-
tio intellectus in actu ad intellectum in habitu. ⁊ cum
ita ſit contingit quod homo intelliget per intellectum
ſibi pꝛopꝛium alia entia. Et vt agat actione ſibi pꝛo-
pria in omnibus entibus ſcilicet vt exerceat ſuam opa

tiōez ꝓpriā reſpectu oīum entium ſicut itelligit per intellectū q eſt in hītu qn̄ fuerit cōtinuatus cū intentionibus imaginatis oīa entia intellcōe ꝓpria. hō igit̄ ſm hūc modum vt dicit Themiſtius aſſilat̄ deo. i. ꝙ eſt oīa entia quoquomō ⁊ ſciēs ea quoquo mō. Entia āt nihil aliud ſunt niſi ſcia eius. ſ. dei. Qd̄ ſic itelligo ꝙ entia ſz ꝙ ſūt in deo nō ſunt aliud niſi ſcia eius ⁊ ſcia eius eſt cā pria ⁊ nobiliſſima oīum entiū vt pz 12°. metaph. Et ſilr̄ hō ſz intellcm̄ eſt oīa entia q̄ʒtum ad eoꝝ ſcias aut cognitōes ⁊ eſt cā oīum entium q̄ʒtum ad eoꝝ cognitōes itellcūales. ⁊ q̄ʒ mirabilis ē iſte ordo ⁊ q̄ʒ extraneus iſte mod⁹ eēndi: quaſi dicat multū. Et iſtum modū eēndi hoīs ſecundū adeptionē intellectus agētis ꝑ quē intelligit ſubaſ ſeparatas aut ipſam intellectionē ſubaꝝ ſeparataꝝ ꝑ itellectum agentē adeptū poſuit cōmē. eē ꝓſperitatē. i. felicitatez hoīs ſm ꝙ hō vt pz 12°. meta. cōmento. 38. vbi ſic loquitur. Ex hoc quidē bn̄ apparet ꝙ ari. opinat̄ ꝙ fortuna. i. felicitas hominū in eo ꝙ hoīes ſunt non ē niſi per continuationē eoꝝ cū intellectu q declaratus eſt li. d' aīa. eē principiū agens ſupple de potētia intellectis actu intellecta ⁊ mouens nos ad intelligere. ꝙ āt continuatio nr̄a cū ipo intellectu agente fit poſis ꝓbat com. ibidē cū intelligentie abſtracte in eo ꝙ abſtracte ſint ṗncipia illoꝝ quorū ſunt principia ſupple mouentia duobus modis. ſ. ſm ꝙ mouentes ⁊ ſm ꝙ fines. intelligentia āt agens inq̄ʒtū eſt abſtracta eſt principiū ſupple mouens inq̄ʒtū mouet intellectū nr̄m poſſibilem ad intelligendū vt pz ex dictis. neċe eſt igitur ꝙ moueat nos ſm ꝙ amatum. amās i. in rōne finis. ⁊ ſi oīs motus neceſſe ē vt continuet̄ cū eo a quo fit ſm finem. i. oīs motus nālis ꝑdcit ad finē ad quē ordinat̄ neceſſe eſt vt in poſtremo ꝯtinuemur cū hoc intellectu abſtracto. i. ꝯiūgamur cū eo ⁊ adipiſcamur illū aliquo mō ita ꝙ erimus dependētes a tali principio a quo celū depēdet q̄ʒuis hoc fit i nobis aliquo tpe. i. ꝙ tūc intelligemus ꝑ pncipiū quodāmō ſiīe principio a quo celū depēdet. ſicut. n. principiū a quo celum depēdet eſt cā vlr̄ oīuz entiū ita intellcūs agens cui ꝯiūgemur cōpleta gn̄atōe intellectus i hītu ē cā oīuz nr̄arū intellectionū. ¶ Eſt ergo intētio cō. ſic arguere ꝑ omnē motū nālem determinatū acqrit̄ aliquo mō illud qd̄ eſt finis illius motus. hoc pz. qꝛ alr̄ ille motus eſſet fruſtra ſz intellectus agens ē finis illius motus ſpūalis q ē gn̄atio intellectus in habitu. qꝛ intelligentie abſtracte ſūt cāe

cōmē. 88. finales motuū q ſunt ab eis. Vn̄ 2°. phyſicoꝝ cō. dicit ꝙ entia eterna primaria intentōe agunt ꝑꝑ ſe. ergo ꝑ gn̄ationē intellectus in hītu aliq̄lr acqrit̄ ita ꝙ aliquo mō fit forma intellcūs poſis. ⁊ qꝛ res opat̄ per ſuā formaz ꝓpriā quā prius nō hēbat iō per hmōi adeptionē intellectus agentis nos intelligimus aliqd vel aliqua q̄ pri⁹ nō intelligebamus ſaltē eodē mō. ſ. ſubas abſtractas q̄s ipe intelligit ꝑ ſeipm. Et forte ad iſtā intentionē dicit Cōm. 12°. metaph. ꝯmento. 16°. ꝙ cū iſte intellectus. ſ. intellectus agens fuerit denudatus a potentia videlz cum ipe fecerit de oibus potentia intellectis actu intellecta ⁊ nō remanſerit aliqua potētia priuata ſua actōe tunc itelligemus ꝑ ipm ſm ꝙ actio eius ē ſuba eius ⁊ eſt vltima ꝓſpitas. Intelligemus ergo per ipm ea intelligibilia q̄ ipe intelligit per ſuā ſubam. ſ. ſubas ſepatas. Veꝝ eſt tn̄ ꝙ aliq intelligunt illud de intellectu poſſibili. ſ. ꝙ cum ipſe fuerit denudatus a potentia. ſ. a priuatione. ita ꝙ oīſ potentia receptiua quā habebat fuerit deducta ad actuz ⁊ oīs priuatio actus qui inuenitur in principio ſue vnionis ad indiuiduū fuerit remota per acqſitōez illius actus tūc nos intelligemus ꝑ ipm ſm ꝙ actio eius eſt ſubſtātia. i. intelligemus per ſubam eius. ¶ Nunc loꝫ exponere illud qd̄ ibi ſubiungit̄ ⁊ hec ē vltiā ꝓſperitas. ſ. itelligere ſubam intellcūs poſis. veꝝ eſt reſpectu oīum intellectōnum quibus intelligunt̄ illa q̄ ſunt de ſe potētia itellecta. Nā iter oīa entia q̄ ſunt potentialr̄ itellecta ⁊ q̄ nō ſunt actu itellecta de ſui nā intellectus poſis eſt nobilior res: ⁊ iō eius intellectio eſt nobilior itellectōibus taliū entiuz ⁊ ꝑ ꝯn̄s in ipſa eſt magis felicitas ⁊ propinquior ē felicitati oibus illis non tn̄ ſimplr̄ eſt felicitas nr̄a ⁊ ſic intelligeret̄. De quo āt intellectu loquitur ibi Cōmē. nō ē bn̄ manifeſtū. tn̄ de vtroqꝫ bn̄ pōt rōnabilr̄ expōi vt pz ex dictis. Hec igitur eſt q̄ſi tota ſn̄ia Cōmen. de iſto ꝓpoſito ꝙ intellectus nr̄ intelligere pōt ſubas ſepatas ſm ꝙ nobis attribuit̄. ſ. intellectione noua que denoīat nos ⁊ a nobis dependet ⁊ de mō ſm quē hec itellectio ꝯtigit.

¶ Ad maiorē āt euidentiā ⁊ certitudinem predicte ſn̄ie monere volo aliq̄s difficultates contra dicta ⁊ ea ſoluere ſcdm̄ poſſe meum. Vna quidē difficultas eſt. qualr̄ cōpleta gn̄atōe intellcūs ſpeculatiui aut intellectus in habitu cōtingit ꝙ intellectus agens ſit forma intellect⁹ poſſibilis alr̄ q̄ʒ prius. nā ipſe intellcūs agens aut iheret ipi intellectui poſſibili ⁊ ipm informat ſicut eius prima ꝑfectio. aut ē q̄dā ſuba ſubſiſtenſ ꝑ ſe. Si primo mō ergo ꝑ gn̄ationem intellectus ſpeculatiui nō fit de nouo forma intellectus poſſibilis. Si 2°°. ſ. ꝙ ipſe intellectus agens ſit ſuba per ſe ſubſiſtens nunq̄ʒ erit ſuba per ſe inherēs ipi intellectui poſi nec ipm informans. qꝛ abſurdum eēt dicere ꝙ aliqua ſba que prius erat per ſe ſubſiſtēs poſtea ſit inherens alicui alteri. ſicut etiā abſurduz eſt ꝙ aliqua ſuba inherēs ſubiecto poſtea ſit per ſe ſubſiſtēs. Et adhuc quid eſſet qd̄ deſtrueret per ſe ſubſiſtentiā intellectus agentis ⁊ qd̄ eius inherentiā nouā efficeret. Nō eſt aſſignare niſi qs fingeret. qualiter ergo cōtingit itellectum agentē de nouo poſſe vniri intellectui poſſibili ſicut forma eius per quā intelligit de nouo. Nullo. n. modo adhuc videret̄ ſufficere complementū actuatōis intellectus poſſibilis. nā ſi intellcūs agens eſt ſuba per ſe ſubſiſtens ante cōplementū illud ⁊ poſt cōplementū illud remanet ſubſiſtenſ tunc nō eſt magis forma q̄ʒ pri⁹. ¶ Et auget hanc dubitationē. qꝛ dictum fuit prius intellectuz poſſibilem eſſe ens pure in potentia. ⁊ eius perfectionē intrinſecā eſſe intellectum agentē. ſicut. n. ſꝑ intellectus agens eſt vnitus poſſibili vt forma quare perit tota poſitio ſupradicta. ¶ Alia difficultas eſt de illo qd̄ cōmē. dicit ꝙ cum aliqua intellecta ſpeculatiua fuerint in potētia ⁊ quedam in actu tunc intellectus agens erit copulatus ſm partem ⁊ ſm partem non. hoc. n. videtur omnino impoſſe. qꝛ cum intellectus agens ſit vna ſuba incorporea ſimplex nullas hz partes nec q̄ʒtitatiuas nec eſſentiales nec ſubiuas. ⁊ ſi hz partes que ſunt virtutes eius ille non ſeparantur ab eo nec vniuntur intellectui poſſibili qualitercunqꝫ ſit perfectus aut diſpoſitus. ¶ Alia dubitatio eſt de hoc quod cōmen. dicit illam intellectionē que contingit per intellectū adeptum eē felicitatē hoīs. primo. qꝛ felicitas hominis conſiſtit in actu ſapīe. vt pz. 10. ethicorum. manifeſtum autem eſt ꝙ huiuſmodi intellectio non eſt actus ſapientie. vt commen. confitet̄ in iſto tertio dicens. ꝙ ſua intellectio non eſt aliqua ſciētiarum ſpeculatiuarum. ¶ Preterea felicitas eſt bonum commune. i. quod poteſt contingere cuilibet non orbato ad virtutem vt ariſto. docet primo ethicorum. talis autem intellectio ſubſtantiarum ſeparatarum per intellectum adeptum precedente completa generatione intellectus ſpeculatiui aut intellectus in habitu non eſt bonum tale potens contingere cuilibet homini non orbato immo valde pauci aut nulli ſunt homines quibus contingit intelligere omnia intelligibilia ergo videtur ꝙ hec non ſit humana felicitas. ¶ Item cum philoſophia practica ſit aliqua pars eſſentialis philoſophie miruz eſt ꝙ commen. in toto iſto commento non loquitur de intellectis operabilibus ſed ſolum de intellectis ſpeculatiuis vt patet intuenti commentum. ¶ Item videtur ꝙ ratio commen. qua putat poſſe probare ꝙ intellectus noſter intelligat ſubſtantias ſeparatas non eſt efficax. quia fruſtra eſt illud quod eſt natum attingere aliquem finez ⁊ non attingit ipſum ſm Ariſtote. ſecundo phyſicorum modo intellectus noſter ⁊ eius intelligere non eſt finis ſubarum ſeparatarum vt manifeſtum eſt. qꝛ inferior ē eis ⁊ minus nobilis. ergo intelligētie ſeparate nō erunt fruſtra dato ꝙ nō intelligant̄ ab intellectu nr̄o. cui⁹ op-

poſitũ vult illa rõ cõmẽ. vt dicũt iſti ſic opinãtes. ¶ Ad
primũ iſtoꝝ credo eſſe dicẽdum ſaluo meliori iudicio ꝙ
cõpleta gñatõe intellcũs in habitu vel intellcũs ſpecula/
tiui ipſe intellcũs agẽs q̃ztũ ad ſuã ſubam nõ vnit̃ de no
uo ipi intellectui poſ̃i vt forã. imo q̃ztũ ad ipãm ſubam
ipe ſꝑ eſt vnitus ei vt forma ipm infor̃mãs. ſed bñ vnit̃
ei tũc de nouo q̃ztũ ad eius cognitiõem ita ꝙ cognitio in
tellcũs agentis vnitur intellectui poſſibili vt gdã actus ⁊
forma. ¶ Ad cuius euidẽtiã cõſiderandũ eſt ꝙ ĩtellcũs
poſ̃is natus ẽ accipe cognitionẽ cuiuſcũqꝫ ſube per eius
effcm̃ ꝑ ſe ⁊ ꝓpriũ. ⁊ hoc eſt manifeſtũ parũ exercitatis
in ſcĩa nãli. ꝯſtat ãt ꝙ actus intellectualis quos recipit in
tellcũs poſſibilis ſunt effcũs ꝑ ſe ⁊ ꝓprij intellcũs agen
tis q facit vl̃r de oĩ potẽtia intellectio actu intellcm̃ in in/
tellectu poſſibili. ⁊ ipe nõ eſt natus facere ĩmediate alioſ
effectus. vñ ſeqtur ꝙ intellcũs poſ̃is per cognitionẽ ſuo
rum actuum quos recipit natus eſt recipe cognitionem
ipius intellcũs agentis. ⁊ ſic intellcũs agens quo ad ſuã
ſpẽm aut cognitiõem vnit̃ intellectui poſ̃i de nouo. ⁊ cũ
intellcũs poſ̃is recipit aliquẽ actũ intellectualẽ ꝓductum
ab intellcũ agẽte ⁊ ipm cognoſcit tũc cõtingit ei intellige
re intellcm̃ agentẽ q̃ztum ad virtutẽ actiuã illius actus. ⁊
cũ accipit quoſdã actus ⁊ quoſdã non tũc cognoſcet in/
tellcm̃ agentẽ q̃ztũ ad aliquã virtutẽ vel cãlitatẽ ⁊ q̃ztuꝫ
ad aliq̃ꝫ nõ. ⁊ cũ recipit omnes actus intellcũales quos
natus eſt agere intellcũs agẽs ⁊ eos cognouerit tũc acci
piet cognitõeꝫ intellcũs agẽtis q̃ztũ ad oẽm eius cãlitatẽ
⁊ virtutẽ. tũc vlterius ſubam ipius agẽtis. ⁊ hoc mõ ĩtel
ligo verba Cõ. ꝙ cũ intellcã fuerint q̃dã ipotẽtia ⁊ que
dam in actu tũc erit copulatus. i. vnitus aut cõiunct⁹ ꝺꝫ
ꝑtem ſupple cognitõis virtutis eius. ⁊ ꝺm ꝑtẽ nõ ergo
⁊c. ¶ Dicat̃ ergo hoc mõ ꝙ cuꝫ intellcũs poſ̃is fuerit
actuatus oĩbus actibus reꝝ ĩtelligibiliũ ꝑtinẽtiũ ad per/
fectõeꝫ vniuerſi quos actus ꝓducit ĩtellcũs agẽs tũc per
cognitõeꝫ illoꝝ actuũ ipe deueniet in cognitionẽ ſuiipſi/
us vt prius dcm̃ fuit. Et vlterius per cognitõeꝫ iſtoꝝ
actuũ ducetur ad cognitõeꝫ intellcũs agentis a quo ꝓdu
cunt̃. ⁊ ſic vnietur intellcũs agẽs intellcũi poſ̃i vt forma
⁊ per eũ ſic vnitũ ꝯtinget ei intelligere alias ſubas ſepa
tas. Sed ħ ſunt due q̃ões pria eſt q̃re ꝑ actus ĩtellcũa
les quos recipit intellcũs poſ̃is prius ꝑuenit ad cognitio
nẽ ſuiipius q̃ꝫ ad cognitionẽ intellectus agẽtis cũ iſti act⁹
dependeãt ab vtroqꝫ. Scđa q̃õ. q̃re ⁊ quõ cũ intellcũs
poſ̃is ſic ĩtellexerit agentẽ ꝯtingit ei ꝑ eius intellectionẽ ĩ
formãtẽ ipm intelligere ſubas ſeꝑatas. ¶ Ad primã di
co ꝙ illud ꝓ tanto cõtingit ꝙ hmõi actus intellcũales ſi/
ue ſint habitus ſiue cognitões quodãmõ ſunt ꝓpinquio
res ꝺm nãm ipi ĩtellcũi poſ̃i q̃ꝫ agẽti cũ informẽt ĩtellcm̃
poſ̃em ⁊ nõ agẽtẽ ꝑ ſe. ⁊ iõ intellcũs poſ̃is denoiat̃ ĩtel
ligẽs. Vñ ari. loquẽs de intellcũ poſ̃i dicit ipm intellcm̃
quo opinat̃ aĩa ⁊ ĩtelligit eẽ ꝑtẽ aĩe qua cognoſcit ⁊ ſapit
aĩa. ſed iſti actus ĩtellcũales nõ denoĩant intellcm̃ agentẽ
cõmen. 19. nec in ipo recipiunt̃. ⁊ iõ Cõ. dicit in iſto 3°. ꝙ intellcũs
agens nihil ĩtelligit ex eis q̃ ſunt ħ. ⁊ in. 12°. meta. cõmẽ.
17°. dicit ꝙ illud qđ intellcũs agẽs agit ẽ aliq̃ ſuba. i. for
ma in alio recepta nõ ſibi. i. nõ recipit̃ in eo. ⁊ ſic ꝙ taleſ
actus ſunt quodãmõ ꝓpinqores intellectui poſ̃i q̃ꝫ agẽti
inq̃ztũ ipm ĩformãt ⁊ perficiunt. iõ ꝺm iſtũ reſpcm̃ pri⁹
ducunt in cognitionẽ intellcũs poſ̃is q̃ꝫ agẽtis. ¶ Ad ali
am q̃õnẽ breuiter dico ꝙ mihi vr̃ ꝙ intellectus agens
eſt infimus poſt intellectũ poſ̃eꝫ in gñe nãe intellectual̃
⁊ per ꝯñs oẽs alie ſube ſeparate ſunt nobiliores. eo ꝙ
ſunt fines ipius ⁊ ipe eſt creatus a qualꝫ ſicut a ſuo fine
aliquo. Et ꝑꝑ hoc cũ intellectus poſ̃is accepit noticiã ꝑ
fectã ipius intellectus agentis ꝯtinget ei intellectio ſube
ĩmãlis ꝓpinquiſſime ei in nã ⁊ vlterius continget ei co/
gnitio alterius intelligentie ſupioris. ⁊ ſic ſꝑ aſcendendo
ꝑueniet ad cognitionem ſube ſupreme q̃ ẽ ds glioſus. ⁊
in hoc eſt ei delectatio maxima ⁊ felicitas quoquo mõ.
¶ Vtrũ ãt oẽs iſte cognitiones ꝯtingãt ei ſil̃ in vno iſtã
ti aut ſucceſſiue ꝯſiderandũ eſt. tñ puto ſimpl̃r veꝝ eſſe
ꝙ cognitio perfecta intellcũs agẽtis eſt preparatio ⁊ diſ

poſitio intellectus poſ̃is ad recipiendũ intellectionẽ alte
rius ſube ſeparate ĩmediate ſe hñte ad ipm ⁊ illa ad aliã
⁊ ſic ſꝑ vſquequo ꝑueniatur ad cognitionẽ ſube ꝑfectiſ
ſime que eſt ds. ¶ Ad aliã difficultatẽ poſſumuſ dicere
ꝙ de ſuba ſuprema q̃ eſt ds põt hr̃i duplex cognitio in/
tellectiua. vna gdẽ ſimplex ⁊ intuitiua ſine affirmatiõe ⁊
negatõe. alia enunciatiua ꝺm affirmationẽ ⁊ negationeꝫ
. ſ. qua intelligitur ds eſſe ens primũ ⁊ ſuba pria ⁊ actuſ
primus ⁊ puriſſimus ⁊ cã oiuꝫ alioꝝ entiũ ⁊ intelligẽs
⁊ ĩtellcũs ⁊ hmõi talia. Nõ dicerẽ ꝙ cognitio ſimplex
⁊ intuitiua gditatis diuine ꝑfectiſſima nõ hr̃ ab intellcũ
poſ̃i ſine intellectu adepto mõ prius poſito. ⁊ iſta ĩtelle/
ctio ſimplex ⁊ intuitiua que ꝯtingit ꝑ ipm intellcm̃ ade/
ptum ſine dubio ẽ nobilior ⁊ dignior oĩ alia cognitione
ſimplici cuiuſcunqꝫ alterius entis. quẽadmoduꝫ ipe ds
ſupimus eſt ſuba nobiliſſima ⁊ total̃r optima eoꝝ que ĩ
nã ſunt. Vñ iſta operatio cũ ſit nobiliſſima ⁊ ꝑfectiſſima
reſpcũ oium intellectionũ ſimpliciũ põt cõpetenter dici
maximũ bonũ in gñe taliũ actuũ ⁊ felicitas hoĩs reſpcũ
oium alioꝝ actuũ ſimpliciũ. ⁊ ſic intelligendũ eſt dictuꝫ
Com. ⁊ ħ vr̃ eſſe intẽtio Cõ. 9°. meta. ſuper illo verbo com. vltio
ari. verſus finẽ. ſ. ſed ignorauit non q̃lis cecitas. Ibi. n.
Cõ. hꝫ lr̃am affirmatiuã in eius expõe dicit ſic. Et inuit
ꝑ hoc ꝙ nõ intelligere res abſtractas ꝑ intellcm̃ huma/
num eſt in intellectu nr̃o in principio ſil̃e cecitati in ocu/
lo anteq̃ꝫ ꝑficiatur intellectus. hoc eni. ſ. ĩtelligere reſ ab
ſtractas non ſol̃ũ inuenitur in hac virtute in ſuo prĩo eẽ
ſed in ſuo vltimo eẽ ⁊ hoc declarauim⁹ in alio loco ⁊ de
clarauim⁹ ꝙ fortuitas maxima. i. felicitas maxĩa reſpcũ
oium intellectionum ſimplicium ſupple que ẽ reſpicere
intellcm̃ ſeꝑatum eſt per potẽtiã que fit in intellectu ſpe
culatiuo apud ſuã vltimã perfectioneꝫ ſil̃em potentie q̃
fuit in viſu apud aſpectũ ad colores non per potentiam
de mõ potentiaꝝ cognoſcitiuarũ que accipiunt̃ ꝓ cogni
tionẽ. q̃ſi dicat. ꝙ cũ intellectus ſpeculatiu⁹ fuerit perfe
ctus tunc hẽbit potentiã intuitiuã ꝓpinquã ad conſide/
randũ intellcm̃ ſeparatũ. ſicut viſus ad videndũ pñte ſi
bi colore gñante in eo ſuã ſpẽm hꝫ potentiam ꝓpinquaꝫ
intuitiuã coloris. ⁊ illa conſideratio quã tunc hꝫ intelle/
ctus poſ̃is de intellectu ſeꝑato non eſt per aliquẽ habitũ
acq̃ſitum ſed ꝑ cognitionẽ. i. rõcinationem ſicut putauit
Auẽpace. ſed cognitio enunciatiua ꝺm affirmationẽ vel
negationẽ de ipo deo ſupremo bñ hr̃ ꝑ habitũ ſapie ⁊
acq̃ritur per demr̃ationẽ. i. ex principijs vt hꝫ videri 12°
metaph̃. vbi demonſtratur ꝙ ipſe deus eſt ſuba ⁊ act⁹
purus ⁊ ꝙ intelligit ſeipm ⁊ huiuſmodi talia. ⁊ hec vti/
qꝫ noticia perfectiſſima non hr̃ niſi p̃cedente cogitiõe in
tuitiua p̃dcã per intellectũ adeptũ. ⁊ in illa cognitõe dei
enunciatiua ponit̃ felicitas hũana ſimpl̃r ⁊ vltimate ⁊
iſta contradicunt ſi bñ ĩſpiciunt̃. Eſt igitur intẽtio com.
ꝙ illa conſideratio vl̃ intellectio ĩtuitiua ſimplex eſſentie
diuine qua contingit per intellectum adeptũ nõ ꝓcedit
ĩmediate ab aliquo habitu ſpeculatiuo acq̃ſito ꝑ demr̃a
tionẽ. tamẽ ꝯſequit̃ quodãmõ diſciplinã. i. acquiſitionẽ
ſciarũ ſpeculatiuarũ inq̃ztum per ſcias ſpeculatiuas diſ
ponit̃ intellcũs poſ̃is ad completã ⁊ perfectã cognitio
nem intellectus agentis qua vlterius perficitur ad intel
ligendum alia ſeparata. ⁊ q: ſcientie. ſ. ſpeculatiue profi
ciunt ad iſtam cognitionem vt dictum eſt. ⁊ homines
iuuant ſe ad ſpẽs ſpeculatiuas adinuicẽ vt pꝫ ad ſenſum
⁊ habetur ſecundo metaph̃. ideo non eſt remotum ex
conſequenti quin homines iuuẽt ſe inuicem ad iſtaꝫ no
bilem cognitionem vt dicit commen. ibi ⁊c. ¶ Ad aliã
concedo maiorem. ⁊ cum dicitur. ꝙ talis intellectio ⁊c.
dico ꝙ eſt falſum quia nec repugnat homini ex ꝑte aĩe
me ſue que habet ad hoc deſiderium naturale. nec ex ꝑ
te corporis quod naturaliter eſt propter animaꝫ ⁊ ei de
ſeruiens ⁊ ad eius perfectiones acquirendas. hoc ta/
men verum eſt ꝙ iſte ſtatus anime intellectiue multuꝫ
difficilis eſt ad acquirendum perfecte ſcientias. ⁊ mul/
ta impedimẽta contingunt quibus multi hoĩes deficiũt a
cõplemento huius felicitatis ⁊ vnũ illoꝝ eſt q: aliqui ⁊

uiduti reputãt iſtã operationẽ eẽ ſibi impoſſibilẽ. ⁊ iõ nõ
laborãt ad eius acqſitionẽ ſ3 declinãt ad proſecutionem
alioꝝ bonoꝝ inferiorũ ⁊ qdã ad delectatões beſtiales.
⁊ forte hoc eſt cã q̃re multi hoies q dediti ſunt phie in/
ueniuntur corrupti vt innuit Cõm. in iſto 3°. cõmento.
14. Et puto ꝙ illi q reputãt iſtã perfectionẽ ipoſ'e3 ho/
mini. ⁊ hoc ꝓpalant ⁊ colorãt dant multis hominibus
occaſionẽ diuertendi a bono ſuo ⁊ declinandi ad inhone
ſta. q2 nõ pñt demrare aliã perfectionẽ nobiliorẽ ꝑꝑ cu/
ius adeptionẽ hoies rõne vigentes debent fugere opa
inhoneſta ⁊ viuere ſm virtutes. ſed ꝓmittunt talia que
nõ piſt rõnibus conuinci cũ tñ hoiu3 genus arte ⁊ rõne
viuat. ſicut in lege Maumeti ⁊ in alijs multis falſis le/
gibus poſitis voluntarie. Siqs autẽ nitatur rõnibus eui
dentibus declarare poſſitatẽ huius perfectionis multu3
indubitãter ꝓuocabit aĩos rõales ad amorẽ virtutis mo
in prologo ralis ſine qua hmõi perfectio nõ põt adipiſci. Vñ ⁊ cõ.
8°. phycoꝝ declarat eleganter ꝯnexionẽ virtutũ cum ꝑ
fectione ſciarũ ſpeculatiuarũ imo oẽs phantes erãt vir
tuoſi aliqbus tꝑibus oĩ gñe virtutũ moraliũ vt p3 ibidẽ
auctẽ Alexan. ⁊ ari. in libro de morte ſua dicit ꝙ phs pu
rus ⁊ perfectus mortificauit oĩa deſideria ſua in come/
ſtione in potu in veſtitu in theſauris auri ⁊ argenti. ⁊ cõ
tẽpſit oẽs delectationes q̃ adducunt ipm ad deſtructio/
nem anime ⁊ corporis. ſed de hoc non plus ad preſens
¶ Ad aliud põt dici breuiter. ꝙ pro tanto magis loqtur
cõmen. de intellectis ſpeculatiuis q̃3 operatiuis. q2 ipa
intelligibilia ſpeculatiua magis pertinẽt ad perfectione3
vniuerſi q̃3 operabilia ab hoie. ⁊ ſilr hitus ſpeculatiui
magis pertinent ad perfectionẽ intellectus poſ'is q̃3 pra
ctici. ⁊ hoc ſatis eſt rõabile q2 certũ eſt ꝙ optimũ entiu3
ſpeculabiliũ. ſ. ds ſupremus ẽ melius optimo operabi/
liũ humanorũ. ⁊ ſilr optimus habitus intellectualis ſpe
culatiuus eſt melior optimo habitu practico ſicut ẽ iuſti/
tia. non tamen negat com. qn habitus practici pertineãt
ad perfectionem intellectus poſ'is q preparãt ad intelle
ctum adeptũ. Vel dicatur ꝙ Cõ. vocat gnãlr intellecta
ſpeculatiua q̃cunq3 vlr cõprehenſa ⁊ ſic diſtinguit intel
lecta ſpeculatiua ab eiſ q̃ indiuidualr cõprehenduntur ⁊
nõ ab intellectis operatiuis. ⁊ hoc forte eſt ꝯueniens. q2
certũ eſt ꝙ cõprehenſiones ⁊ habitus indiuiduales nõ
preparant intellcm̃ poſ'em ad intellectum adeptũ. ſ3 ha
bitus ⁊ cõprehenſiones vl'es que dependent effectiue
ab intellectu agente vt prius dictum eſt. ¶ Ad illud qð
obijcitur ad rõe3 commẽ. dicendũ eſt ꝙ ꝓcedit ex ma/
lo intellectu verborũ cõ. nõ. n. accipit com. ꝙ intellectuſ
nr̃ ſit finis ſubarũ ſeparatarum ſed ſupponit ꝙ ipe ſub
ſtantie ſeparate q̃3tũ eſt de ſe ſunt nate naturaliter intel/
ligi ab intellectu noſtro cũ ipe contineantur ſub eius obo
primo. ſ. ſub ente. immo etia3 ſunt entia nobiliora oĩbus
alijs. ⁊ ſi hmõi ſube ſunt nate intelligi ab intellecto nr̃o
ſequitur neceſſario ꝙ intellectus noſter natus eſt eas in
telligere. nã intelligibile ſe h3 vt actiuum reſpectu eius
a quo eſt intelligibile ꝑcipue reſpectu noſtri intellectus.
nihil aũt eſt nãlr actiuũ in aliquid niſi illud ſit naturaliter
natũ pati ab illo vt p3 de ſe. ⁊ ſic o3 ꝙ intellectus noſter
ſit natus intelligere tales ſubas. vnde ſi nunq̃3 intellige/
ret eas manifeſtum eſt ꝙ aptitudo naturalis quã h3 ad
eas intelligendas eẽt oĩo ocioſa. ⁊ ꝙ hec ſit eius intẽtio
p3 per exemplũ qð ſubdit ſicut ſi feciſſet ſolẽ non com/
prehenſum ab aliquo viſu q̃tñ de ſe eſt aptus natus cõ
prehendi. ⁊ ꝑ ꝯñs aliquis viſus eſt natus ipm cõphen
dere. ¶ Alij dñt alr ꝙ intelligentie l3 non ſint ꝑꝑ intelle
ctum nr̃m primaria intentõe tñ ſcdario hñ ſunt ꝑꝑ ipm
cõmen. 21. ⁊ agunt ꝑꝑ ipm ſecũdaria intentõe vt manifeſtẽt ei ſe ꝑ
ſuos effectus ſenſibiles. vñ com. 2° celi dicit ꝙ oẽ quod
agit propter ſe primaria intentõe agit propter aliud ſecũ
daria intentiõe niſi eſſet aliqua nã nõ innata ad itelligen
dum ⁊ ſic saltẽ ſequeret ſi intellectus noſter nõ intelli/
geret hmõi ſubas ꝙ ipe eſſent ocioſe per defectũ finis
ſedũdario intenti qð eſt abſurdũ. ⁊ ideo rõ commẽ. eſt
multum efficax ⁊ ꝓpinqua principijs per ſe notis i iſto

gñe. ꝓpter qð verecundet ille q ꝑſumpſit dicere talem
⁊ rõnem eẽ deriſibilẽ. Nullus. n. in rebus phycis inuẽt᷒
eſt illius ſubtilẽ perſpicacitatẽ excedere. imo nec ei equi
parari. q̃3uis aliqui neſcio qua ſuperbia moti ꝑſumpſe
runt aliquas friuolas obiectões ſcribere contra ipm q̃s
paru3 exercitatis conſtat parui aut nullius eſſe valoris.
¶ Ad primã rõnẽ in principio qõnis adductã cũ dr̃. ꝙ
intellectus nõ intelligit ⁊c. dñt aliqui ꝙ hoc eſt intelligẽ
dum añ ſtatũ adeptõis ⁊ ante cõplementũ generatiõis
intellectus in habitu. ſed poſt huius cõplementũ ⁊ i ſta
tu adeptionis põt intelligere ſine phantaſmate. ¶ Vl' di
catur ⁊ forte melius ꝙ aĩa noſtra ſꝑ ad intelligendũ itel
lectõe noua indiget phantaſmate. ſed hoc põt cõtingere
duplr. Vno mõ ꝙ ipm phantaſma ſit illius rei que itel
ligit. ⁊ hoc mõ indiget phantaſmate ad intelligendum
res nãles ⁊ ſenſibiles. Alio mõ ꝙ ipm phantaſma ſit ali
cuius alterius ad qð illud qð intelligitur h3 habitudine3
aut ſm ſe vel q̃3tum ad ſuum actũ ꝑ quẽ cognoſcit mõ
q̃3uis intelligentia nõ faciat phantaſma in phãtaſia tamẽ
effectus proprius per ſe ⁊ imediatus eius. ſ. motus hñ
põt facere phantaſma ſuo mõ. ⁊ ſilr q̃3uis intellectus
agens non hẽat phantaſma tñ eius effectus prius depẽ
det a phãtaſmatibus quoquo mõ vt p3 ex dictis. ⁊ ita
neceſſaria ſunt phãtaſmata ad cognoſcendũ effectuſ itel
lectus agẽtis. ⁊ per ꝯñs ad intelligendũ intellcm̃ agentẽ
Et ꝑ hoc ſatis ꝯuincitur error aliquoꝝ qui ponũt ꝙ phã
taſma nullã cãlitatẽ h3 ſuper actũ intellectus ſ3 ſolũ eſt il
lud ſine quo nõ. Qualr ãt indigemus phantaſmate ad
cognoſcendũ intellcm̃ agentẽ cũ intellectus agẽs nõ faci
at phãtaſma nec eius effectus exñteſ in intellcũ poſ'i nec
ẽt phantaſma cãtur ab actibus intellcũs agẽtis. Vñ ſine
dubio ſi phantaſma non coageret aliquo mõ intellectuſ
agẽti ad ꝓductionẽ ſuorũ actuũ quos ꝓducit in intellectu
poſ'i difficile eſſet aut impoſ'e aſſignari q̃liter intellectus
agẽs intelligeret de nouo a nobis. Dicã ergo ſaluo me
liori iudicio. ꝙ ſꝑ intellcũs poſ'is intelligens aliqd de no
uo ⁊ añ ſtatũ adeptõis ⁊ poſt vtit aliquo phãtaſmate ⁊
ſine phãtaſmate nõ intelligit. ſed nõ ſeqtur vt illud phã
taſma ſit ſpẽs rei q̃ intelligitur. imo alicui᷒ alteri᷒ mõ pre
dicto. verbi gr̃a intellectus poſ'is intelligit lapidẽ intelle
ctõe q̃ dependet ex phãtaſmate lapidis ⁊ intellecto lapi
de intelligit ſuum intelligere ⁊ intelligit intellectũ agentẽ
qui facit illud intelligere. ⁊ cũ ita intelligit ſingula ⁊ itel/
lexerit perfecte intellcm̃ agentẽ tũc intelliget alias ſoꝛas
abſtractas vt dicebat prius. iõ nõ v3 illa rõ. ¶ Et ẽ ad/
uertendũ ꝙ ſi h rõ efficaciã hrẽt nõ ſolũ ꝓbaret ꝙ intel/
lectus nr̃ nõ põt intelligere ſubas ſeꝑatas q̃3tũ ad qdita
tes eaꝝ ſed etiã nõ poſſet intelligere eas q̃3tũ ad earũ eẽ
q2 indubitanter ſicut qditas ſube ſeꝑate nõ facit ſpẽm in
phãtaſia per ſe ita ipm eẽ talis ſbe ſeꝑate non facit ſpẽm
nec aliqð phãtaſma facit per ſe cũ ſit inſenſibile ⁊ imãle
⁊ incorporeũ. Vñ ſoluunt iſti iſtã rõem ꝓ q̃3to eſt ꝯ eos
inq̃3tum ponunt intellcm̃ nr̃m intelligere illas ſubas q̃3
tum ad eſſe. ⁊ ſoluta erit pro q̃3to vr̃ eẽ ꝯtra alios q po/
nunt eas intelligi q̃3tũ ad qditates eorũ. ¶ Ad alia3 põt
dici breuiter q̃3tum ad intẽtionẽ ari. ⁊ cõ. 8°. phycoꝝ. ⁊
12°. meta. ꝙ ipe ds eſt infinitus ſm durationẽ ſed non ẽ
ĩfinitus ſm vigorẽ. Et ſilr intellcũs hũanus ẽ infinitus
ſm durationẽ ſm opiõnẽ ari. ⁊ cõ. de hoc tñ alibi magiſ
ꝑſcrutãdũ ⁊ in 8°. phy. dixi qð mihi viſu3 fuit. Alij hñ
concedunt ꝙ intellcũs noſter nõ põt intellre qditatẽ dei
ꝑꝑ iproportõe3 illã. ⁊ forte concluderet eq̃lr ꝙ nec põt
intelligere eẽ eius. q2 ſicut eius quiditas eſſet infinita. ita
⁊ eſſe eius cũ hec ſint idẽ realr ⁊ eſſentialr in ipo deo ⁊
totũ hoc eſt perturbatio. ¶ Ad aliam neganda eſt ma/
ior. Et ad probationem dico breuiter ꝙ ſicut commen.
dicit ibidem illud dictum phi non denotat impoſſibilita
tem cognoſcendi ſubas ſeparatas. ſed difficultatem. ꝙ
autem ari. voluerit aſſignare illam difficultatem p3 ex
hoc q2 ipſe ex intentione tractat de iſtis ſubſtantijs 12°
metaph. demonſtrando de eis aliqua predicata eſſen/.
tialia vt patet ibidem. quod non faceret ſi putaret eſſe/

impoſſibile nobis intelligere ſubſtātias ſeparatas. Et in
iſto tertio ipſe dicit ꝙ cum intellectus intellexerit maxia
intelligibilia non minus intelligeret infima ſed ⁊ magis
Hec igitur vt credo eſt ſententia Commen. in ꝓpoſita
qōne in qua quecunq; eſſent contra fidē catholicā repu
to eē falſa ſimplr̄. ⁊ ſic ſufficit ⁊c.

## Tex. cō. xl.

Quoniam aūt anima ſcḋm duas diffiniret po
tētias que aīaliū eēt diſcretio. Qō xxxviii.

Ic queritur vtrum potentie anime ſint
infinite. Et arguitur primo ꝙ nō qa
b ſi eſſent infinite tunc de eis nō eſſet cōſide
ratio in ſcientia. cū infinitum ſit ignotuz ſcḋm
ari. primo phycorum. ꝯñs eſt falſuz. vt pꝫ
per ari. qui tractat de potentijs anime. ergo ⁊c. Op
poſitū arguitur aucte ari. in iſto. c. vbi dicit loquens de
potētijs anime ſic. Modo. n. quodam infinite videnť.
Ad euidentiam veritatis huius qōnis eſt conſiderā
dum. ꝙ potētie aīe pñt dupliciter diſtingui q̄tum ad ꝓ
poſitum ſpectat. Uno mō. pñt diſtingui in gnāli vt i ſen
ſum ⁊ intellectum ⁊ hmōi. Alio mō pñt diſtingui i ſpe
cies ſpāliſſimas. Item potentias aīe eē infinitas pōt
duplr̄ intelligi. Uno mō ꝙ ſint infinite ſimplr̄ ⁊ ſcḋm ſe.
Alio modo ſcḋm quid ⁊ quo ad nos. ſ. ꝙ ſint multuz de
difficili pertrāſibiles ⁊ enūerabiles ab intellectu noſtro
Tunc dico ad qōez ꝙ ſi potentie aīe diſtinguanť in gñā
ſic non ſunt infinite. ⁊ hoc eſt dicere ꝙ gñā potentiaruz
anime non ſunt infinita. hec ē euidēs. ſꝫ gñā potentiarū
anime ſunt hmōi. qḋ ſic declaratur ad pñs. Omnis po
tentia aīe vel eſt ꝓpria aīe rōali. vel eſt cōis aīe humāe
⁊ alijs aīabuſ. Si eſt ꝓpria aīe rōali aut eſt neceſſaria ad
mouendū vel operandū. ⁊ ſic eſt voluntas que ē qdam
appetitus ⁊ prin<sup>m</sup> motus. aut eſt neceſſaria ad ītelligen
dum ⁊ hoc duplr̄. q2 aut eſt actiua intellectionis ⁊ ſic ē
intellectus agens. aut eſt receptiua ⁊ ſic ē intellcūs poſis
⁊ ſic ſunt tria gñā potentiarū anime rōalis ſcḋm doctrinā
cōem. Si vero potentie aīe eſt cōis anime hūane ⁊ oī
bus alijs aīabus. ⁊ hoc eſt duplr̄. q2 aut eſt cōis anime
humane ⁊ oībus alijs aīabus aliorum viuentiū aut ē cōis
ei ⁊ aīe ſenſitiue ſolū. Si pīo mō. ⁊ hoc duplr̄. q2 aut
eſt potentie principalis. aut deſeruiens principali. Si pn
cipalr̄ ſic ſunt tria gñā. ſ. nutritiua augmentatiua ⁊ gñati
ua. de qbus aliqua dicta fuerunt prius. Si vero ſūt de
ſeruientes principalibus ſic ſunt quatuor. ſ. attractiā re
tentiua digeſtiua ⁊ expulſiua vt docet Alb. ſcḋo huius.
⁊ Cō. in ſuo colliget. Uerū eſt tñ ꝙ ipē addit ibi diſtin
ctiuā virtutē que ſepat nutrimentū purū ab impuro. ſꝫ
Alb. ⁊ alij comprehendūt eā ſub digeſtiua ⁊ ſic ſunt ſe
ptem gñā potentiaruz anime cōia aīe humane ⁊ oībus
alijs aīabus aliorū viuentiū gnābilium. Si vero ſunt cō
munes aīe humane ⁊ aīe ſenſitiue ſolū. hoc eſt duplr̄.
q2 aut ſunt potentie apprehenſiue. i. ordinate ad cōpre
henſionē. aut ſunt potētie motiue. ſi ſunt potētie appre
henſiue. hoc eſt duplr̄. aut ſunt exteriores aut īteriores
Si exteriores ſic ſunt quinq; gñā que ſunt ſenſus ꝑticula
res. ſ. auditus viſus odoratus guſtus ⁊ tactus. Si vō i
teriores. aut ſunt cognoſcitiue aut retētiue ſpērū ⁊ non
cognoſcentes. Si ſunt cognoſcitiue ſic eſt ſenſus cōis ⁊
phātaſia. ſub qua phātaſia cōprehenduntur cogitatiua
hūana. ⁊ eſtimatiua in brutis. Si vero ſunt retentiue. ⁊
hoc eſt duplr̄. q2 aut retinent formas ſenſatas ⁊ ſic eſt
imaginatiua. aut retinēt ꝓprietates ſeu intellectiones nō
ſenſatas. ⁊ ſic eſt memoratiua. remīſcitiua aūt virt⁹ nō
eſt alia a cogitatiua realr̄ vt pꝫ in de memoria ⁊ remīſcē
tia. De his aūt virtutibus aīe ſenſitiue prius dictum
eſt in ſcḋo. huius in vltima qōne. ⁊ ſic ſunt nouē gñā po
tentiarum aīe ſenſitiue apprehenſiue. Si aūt ſint potētie
motiue. hoc eſt duplr̄. aut eſt imperans motū ⁊ ſic eſt
appetitus ſenſitiuus. aut agēs vel exequēs motū. ⁊ ſic ē
virtus motiua que eſt infuſa in muſculiſ ⁊ neruis vt cōi
ter dr̄. ⁊ ſic in toto q̄ſi ſunt duodeci gñā potentiarū aīe
ſenſitiue. Ex qbus appet bñ conſideranti ꝙ oēs poten
tie aīe reducuntur ad gñā. Nā tria ſunt gñā aīe rōnalis
. ſ. intellectus agens. poſis. ⁊ volūtas. ⁊ . 12. ſunt aīe ſen
ſitiue. ſ. auditus. viſus. olfatus. guſt⁹. tactus. ſenſus cōiſ
imaginatiua. phantaſia. memoratiua. appetituſ ſenſitiu⁹
⁊ virtus motiua exñs in muſculis ⁊ neruis. Et ſeptem
aīe vegetatiue. ſ. nutritiua augmētatiua. gñatiua attracti
ua. retentiua. digeſtiua ⁊ expulſiua. Non ergo ſunt infi
nita gñā potentiarum aīe. Sed dico ꝙ ſi potentie aīe diſtin
guuntur in ſpēs ſpāliſſimas ſic non ſunt īfinite ſimplr̄ ⁊
ſcḋm rem. ⁊ hoc eſt dicere ꝙ ſpēs ſpāliſſime potentiarū
aīe nō ſunt ſimplr̄. ⁊ realr̄ infinite. qḋ ꝓbo ſic. Si ſpēs
ſpāliſſime potentiarum aīe eēnt ſimplr̄ infinite nō eſſet
aliqua earū perfectiſſima inter oēs qḋ eſt abſurdū. q2 in
tellectus agēs eſt potentia aīe perfectiſſima ⁊ nobiliſſi
ma inter oēs vel ſaltē intellectus poſis aut voluntas. de
hoc nō facio vim q̄cunq; ſit illa ꝯñā. ꝯſequentiā probo
q2 ſꝑ due ſpecies einſdē generis ſe habēt ſicut magis ꝑ
fectum ⁊ minus ꝑfectū ꝑfectione eſſentiali ⁊ ꝑ ſe. cuiuſ
rō ē. q2 ſꝑ vna illarum magis diſtat ſcḋm nām a primo ꝑfe
cto qḋ eſt ds q̄ꝫ alia. ſi ergo eēnt ſpēs īfinite potentiarū
aīe ſꝑ quacunq; ſpē data eēt dare ꝑfectiorē in infinitū ⁊
ſic nulla eēt nobiliſſima aut ꝑfectiſſima. ⁊ vlterius vna
earum nō eſſet ꝑfectior ſeu nobilior alia. q2 ꝑfectius ⁊ mi
nus ꝑfcm̄ in quocunq; gñe nō intelliguntur niſi ſcḋm appro
pinquationem ⁊ elongatōem a ꝑfectiſſimo in illo gñe. ſi
cut ēt prius ⁊ poſterius intelliguntur reſpectu primi vt pꝫ
5°. meta. Itē ſi ſpēs ſpāliſſime potētiarū aīe eēnt infi
nite ſimplr̄ ſeq̄retur ꝙ aliqd eēt maius infinito. qḋ ē im
poſe. ꝓbať ꝯñā. q2 numerus indiuiduorū potētiarum aīe
eſt maior q̄ꝫ numerus ſpērū. cū ſub vna ſpē ſint plā idi
uidua. 3°. dico ꝙ ſpēs ſpāliſſime potentiarum aīe ſūt in
finite ſcḋm qd ⁊ quo ad nos. ita ꝙ ſunt de difficili ꝑtranſi
biles ab intellectu nr̄o. qḋ breuiter ꝓbať ſic. ſpēs ſpāliſſi
me potentiarum aīe diſtinguunť ⁊ numeranť ſicut ſpēs ſpā
liſſime actuū eius. ſꝫ ſpēs ſpāliſſime actuuz eius vel aīe
ſunt de difficili enumerabiles a nobis. ergo ⁊ potentie
maior pꝫ. nā ſicut videre albū ⁊ videre nigrū nō ſūt idē
ſcḋm ſpēm ſpāliſſimā. ita poſſe videre albū ⁊ poſſe vide
re nigrū non ſunt idē ſcḋm ſpēm ſpāliſſimā. Sili aūt mō
arguendi vtiť ari. 3°. phycorū. dicens. ꝙ poſſe ſanari ⁊
poſſe infirmari nō ſunt idē ſicut ſanari ⁊ īfirmari nō ſūt
idē. ⁊ ſic ſilr̄ in alijs hmōi. ⁊ ſic pꝫ ꝙ numerus potētiarum
aīe ſcḋm ſpēm ſpāliſſimā eſt ſcḋm numerū actuum. Ridi
culū. n. ē dicere ꝙ videre albedinē ⁊ videre nigredineꝫ
ſint vnus actus ſcḋm ſpēm. ⁊ ꝙ intellr̄e deū ⁊ intelligere
lapidē ſint idē actus vnus ſcḋm ſpēm ſpāliſſimā. q̄re pa
tet maior. ⁊ minor ſilr̄ apparet. Nā ſpēſ ſpāliſſime actu
um aīe ſunt diſtincte ſcḋm ſpēs ſpāliſſimas entiū reſpcū
quorum ipa aīa opať ita ꝙ ſicut albedo ⁊ nigredo ſunt entia
diſtincta ſcḋm ſpēm ſpāliſſimā ſine dubio viſio albedis ⁊
viſio nigredinis ſunt actus diuerſi ſcḋm ſpēm ſpāliſſimā.
⁊ ſic in alijs hmōi. ⁊ ſicut hō ⁊ lapis ſunt diuerſa ſꝫ ſpe
ciē ſpāliſſimā. ita intellectio lapidis ⁊ intellectio hois. q2
intelligere diuerſificatur ſecundum diuerſitateꝫ nature
intellecte vt Cōment. dicit in iſto tertio. ⁊ eadem rōne
ſentire diuerſificatur ſcḋm diuerſitatē rei ſenſate. ſicut ergo
ſpēs ſpāliſſime entiū que pñt ſentiri ītelligi ⁊ appeti ſūt
valde multe ⁊ de difficili ꝑtranſibiles ab intellectu nr̄o
⁊ ſic quodāmodo ſunt infinite ſcḋm quid ⁊ quo ad nos.
ſic rationabile eſt intelligere de actibus aīe ⁊ de potētijs
eius. ⁊ hoc ſignificauit ari. in illis verbis p̄allegatis di
cens. Modo. n. quodam infinite videntur potētie aīe.
ſ. prout diſtinguuntur per ſpēs ſpāliſſimas. Nec fuit ne
ceſſe de qualꝫ illarum ſpērum ſpāliſſimarum ſeorſum ⁊
diuiſim facere tractatum. quia idē aut ſilē eſt iudiciū de
omnibus talibus potentijs q̄ ſunt vnius generis ꝓpin
qui. ⁊ ideo de oībus talibus potentijs ſufficit ſimul do
ctrinam tradere gñalem. ⁊ forte ad iſtā intentionem di
cit Algazel in metaphyſica ſua ꝙ aīa ē quaſi tabula bre
uis cōtinens ſūmā oium q̄ ſunt in mūdo in q̄ inuenitur
ſicut in ſpeclo exemplū oīs rei ⁊ per quā ſit poſe cogno

ſcere vniuerſa. ℭ Sclas tñ ꝙ multi nolũt acceptare hic ꝙ potentie anime ſic diſtinguantur per ſpẽs ſpãliſſimas ẜm diſtinctionem actiuũ aïe ꝛ ſpērum entiū. cuius neſcio aliam cãm niſi cõſuetudinẽ. qꝛ. ſ. conſueti ſũt andire ꝙ viſus eſt vna potẽtia ꝛ ſılr̃ auditus ꝛ ſic de alijs. ſed non ſequit̃ ex hoc ꝙ ſit vnus oĩo ẜm ſpẽm ſpãliſſimam imo hoc eſt impoſſ̃e ẜ ꝑdicta ꝛ eſt ſılr̃e. qꝛ ſicut numerꝰ habilitatum ſeu potentiarum materie eſt ẜm numerum cōmen. 11. ſpērum vt plane docet Cõmen. 2°. metaph̃y. ita numerus potentiarum aïe ẜm numerꝝ formaꝝ ſpũalium q̃s recipit aïa. Uel dicas cãm q̃re nõ. ℭ Ad rõeꝫ dico breuiter ꝙ bñ concedit ſpẽs potentiarum aïe nõ eẽ ſimpl̃r infinitas. ſed ſunt infinite ẜm quid mõ predcõ: ſ. qꝛ cum difficultate ſunt enumerabiles ꝛ pertranſibiles a nobis ſic conceſſum eſt in poſitione ꝛc̃.

ℭ Tex. cõmẽ. xxxxviii.

ℭ Uidentur autem hec duo mouẽtia aut appetitus. Aut intellectus. ſiquis phantaſiam poſuerit ſicut intelligentiã q̃ꝫdam ꝛc.

ℭ Queſtio. xxxix.

